Digitized by Google



,10.4.37

Digitized by Google

Digitized by Google

B-I

SYNODUS
DIOECESANA MINIATENSIS
Celebrata in Eccleſia Cathedrali ſub
auſpiciis
BEATISSIMÆ
VIRGINIS MARIÆ
IN COELUM ASSUMPTÆ
ATQUE SS. CHRISTI MARTYRUM
GENESII ET MINIATIS
EJUSDEM ECCLESIÆ DIOECESISQUE
TITULARIUM
PARITER, AC TUTELARIUM
XII. ET XI. KAL. JULII MDCCVII.

LUCÆ MDCCVIII.
Ex Typographia LEONARDI VENTURINI.

DE SUPERIORUM LICENTIA.

2.4.37

F. JO: FRANCISCUS MARIA POGGI
Ord. Servorum B.M.V. Exgeneralis, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus S. Miniatis.

Univerſo Civitatis, & Diœceſis ſuæ Clero ſalutem, & perennem in Domino fœlicitatem.

POſtquam noſtram primam Synodum fœliciter, Deo opitulante, peregimus, nihil magis in votis habuimus, quàm ut illius acta typis mandarentur; Verùm ut deſiderium noſtrum diutiùs protraheretur, varia, quibus diſtenti fuimus negocia obſtitere, ſed in primis ſolicitudo illa, qua maximè adlaboravimus, ut opus iis omnibus refertum prodiret, quæ vobis vel ad Sacerdotale munus, vel ad injunctum ſacri paſtoris onus ſanctè gerendum plurimum profutura credidimus. Publicamus itaque, vobiſque tranſmittimus nedum Conſtitutiones, atque Decreta, ſed & paterna illa monita, quæ in anteactis Comitiis magna animi alacritate auribus veſtris inſonuere, & meritò quidem, etenim ex antiquorum Canonum, Summorum Pontificum, Sacrarum Congregationum, ac doctiſſimorum Præſulum, præcipuè verò Anteceſſorum noſtrorum placitis unicè illa decerpſimus; Qua-

propter nihil reperietis in eis, quod ad Dei cultū, vel ad Animarum ſalutem, tamquàm ad Paſtoralis Officii, & Eccleſiaſtici Viri ſcopum, ad quem animi noſtri ſenſus, ſtudia, atque conatus omnes collimare debent, piè admodum non dirigantur.

Itaque obteſtamur vos, & intimo cordis affectu obſecramus in Domino, ut non à quo tradantur, noſtram, videlicet, inſufficientiam, quam ingenuè profitemur, attendentes, ſed quę in illis continentur, Dei, ſcilicet, Sapientiam, & Eccleſiæ documenta ſedulò conſiderantes corde magno, & animo volenti rationabile obſequium veſtrum eis exhibere non dedignemini. Suſcipiendum eſt enim ſemper Superioris edictum veluti emiſſa Divinitùs vox, nulla quæſita præcepti cauſa, vel motivo. Neſcit enim judicare qui perfectè didicit obedire. Parendum igitur eſſet hiſce legibus ſolo Virtutis amore, prę-miique fiducia; Verùm quia interdum præmia, quamvis Cœleſtia, & æterna, (heu nimis dolentes dicimus) non omnes alliciunt, ideò ad exactam earumdem cuſtodiam, nedum juſſu, ſed & pœnarum metu (noſtro tamen obnitente, & vehementiſſimè reluctante genio) urgendum duximus, facti imitatores Dei, qui adverſus prævaricatores legis ſuæ, quāvis ſuavis ſit univerſis, mitis, & humilis corde, aliquando tamen iraſcitur, & ulciſcitur, ita quò dvocari glorietur ultio-

2. Macb. 1. v. 8. Ad Rom. 1. Card. Bona Manduct. ad Cœlum c. 24. n. 2.

Pſal. 14. 9. Matth. 11. 29.

nam

num Dominus. Ex hominibus autem qui cum causa non iraſcitur, peccat; Patientia enim irrationabilis vitia ſeminat, negligentiam nutrit, & non ſolùm malos, ſed etiam bonos invitat ad malum. *Pſal 93.1. D.Tho.22. q.158.a.8. ad 6. D.Chryſoſt. ſup.Matth.*

Verùm ſupervacanea vobis futura eſſe ſperamus præparata pœnarum jacula, immò ſuperflua fore confidimus etiam ipſa Decreta, quæ fecimus, ſi intimo Cordis adnixu, ut par eſt, dilexeritis Deum, nam Juſto non eſt poſita lex. Præterquamquòd ad probè, ſanctèque agendum pro omnibus legibus, pro pœnis omnibus unam ſufficere Charitatem, neminem veſtrum ignorare arbitramur, quia Chriſti Charitas urget, & plenitudo legis eſt dilectio. Quare ſuperfluum pariter plura perſequi ducimus, quibus ad harum Sanctionum obſervantiam, unumquemque veſtrum accendamus, arbitrantes, quòd ſi ignem ſui amoris accenderit Deus in Cordibus veſtris, quiſque ſibi admonitor, & hortator evadet. *1.ad Tim. 1.v.9. 2.Corint.5 14. Ad Rom. 13. 10.*

Diligite ergo, Venerabiles Conſacerdotes, & Filii in Chriſto Chariſſimi, diligite Deum, diligite vosmetipſos, diligite Animas, quas ſibi Chriſtus acquiſivit Sanguine ſuo, vobiſque commendavit, atque concredidit; ſic enim fiet, ut leges Noſtras, immò ſuas, non quidem atramento, ſed Spiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, *Act.20.28 2.Corint.3 v.3*

ſed

ſed in tabulis Cordis, nempe in Cordibus veſtris
1. Corinth. 4. v. 9. ſcriptas circumferetis, facti Mundo ſpectaculum pulcherrimum probitatis, & Sanctitatis; Qui
Matth. 5. v. 16. quidem Mundus opera veſtra bona videns glorificabit Patrem veſtrum, qui in Cœlis eſt, à
Pſal. 18. v. 12. quo tandem illam accipietis retributionem, quam eſſe multam dixit in Sanctis Legibus cuſtodiendis, quam & Nos immenſam vobis, ac ſempiternam amantiſſimè depreçamur.

Se-

SERIES.

Eorum, quæ in hoc quatripartito libro continentur.

IN PRIMA PARTE.

Edictum Indictionis Synodi: Sermo ad Clerum; Præcipuè verò Constitutiones Synodales referuntur.

IN SECUNDA PARTE.

Instructiones diversæ pro Parochis, nec non documenta, & monita ad populum statis Dominicis, festisque diebus facienda recensentur.

IN TERTIA PARTE.

Constitutiones Apostolicæ, Sacrarumque Congregationum Decreta, illa præcipuè, quæ sparsim in Constitutionibus Synodalibus enunciata sunt, describuntur.

IN QUARTA DENIQUE PARTE.

Alia plurima exponuntur, quę cognitioni, & usui Parochorum utilia admodum sunt, quæque in superioribus partibus propriam sedem habere non potuerunt.

Pars

Digitized by Google

PARS PRIMA

Continens Conſtitutiones Synodales.

EDI.

Digitized by Google

EDICTUM
INDICTIONIS
DIOECESANÆ SYNODI MINIATENSIS

F. JO. FRANCISCUS MARIA
POGGI

EX ORDINE SERVORUM

B. M. V. DEI, ET S. SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA
EPISCOPUS S. MINIATIS.

Universo Clero Nostro Salutem, & Benedictionem in Domino.

JAM quartus propemodum revolutus est Annus quùm ad hanc Vineam excolendam inscrutabili, altissimoq; consilio suo Nos vocare dignatus est Cœlestis ille Paterfamilias, qui nullo unquam tempore destitit operarios mittere, quasi in ejusdem Vineæ cultura laborans. Porrò ne quemadmodum illos, quos in foro otiosos providus Pater invenit, Nos quoque simili reprehensione dignos adinveniret, Vineam universam, in qua custodes Nos posuit, sedula cura lustravimus, ab illo edocti, qui de Cælo videt, semperque visitat Vineam illam, quam plantavit Dextera ejus. Jam ergo visitavimus Turrim, quam ad Vineæ custodiam, & tutamen Cœlestis Agricola ædificavit, Parochos scilicet, quos ad erudiendam, dirigendam, servandamque plebem suam misericorditèr elegit. Visitavimus Torcularia, quæ ipse fodit, ut Vino, Oleoque redundarent; Vino, inquam illo, quod lętificat Cor hominum, maximè parvulorum, scilicet, Sana, Sanctaque Christi Doctrina, & Oleo lætitiæ, quo unxit Nos Deus, Deus noster, frequentiori nempè, maximeque proficuo, ac salutari usu Sacramentorum. Sepem denique visitavimus, quam circumdedit ei, ne vindemient eam omnes, qui prætergrediuntur viam: *Sepem, inquam, mandatorum Dei, & Ecclesiæ, nec non Synodalium*

Conſtitutionum. Verùm non ſine gravi Cordis noſtri mœrore nonullas ſciſſuras, rimulaſque in ea deprehendimus, per quas, niſi tempeſtivè, citoque reaptentur, atque obtrudantur, facilè ingreſſurus eſſet, & utinam hactenus non ſit ingreſſus Aper ille non de Silva, ſed de Inferis, undè etiam Nobis *aliquandò exclamare contingat cum Pſalmiſta*: Exterminavit eam Aper de Silva, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.

Itaque etſi non extarent Sacroſanctæ Trid. Concilii Decreta, ex his nihilominus quæ audivimus, quæ perſpeximus oculis noſtris, & quæ manus noſtræ contrectaverunt; ſatis, ſuperque monemur noſtri muneris eſſe Diœceſanam Synodum convocare. Edocemur enim ex Spiritus Sancti eloquio, quòd ubi multa conſilia, ibi ſalus. *Quapropter maximè profuturum ſperamus Conventum veſtrum ad dignoſcendum magis, meliuſque decernendum quid in Vinea Noſtra, quæ Domini eſt, plantandum ſit, quidvè evellendum.*

Verumtamen inter alia id unum potiſſimum, ac ſummopere exoptamus, ut judicium incipiat à Nobis, qui, licèt immeritò, myſticum illud nomen, & officium Agricolæ tenemus, quod proprium eſſe Æterni Patris teſtatus eſt CHRISTUS JESUS. Veremur enim, ne moribus noſtris offendentes Animas Nobis creditas in cauſa fortaſſe ſimus, quòd ſuperveniat, deſcendatque in Vineam noſtram flagellum illud, quod olim Deus Vineæ ſuæ Iſrael comminatus fuerat, dicens: Et nunc oſtendam quid faciam Vineæ meæ: Auferam ſepem ejus,& erit in direptionem. Diruam maceriam ejus, & erit in conculcationem: & ponam eam deſertam. Non putabitur, & non fodietur,& aſcendent vepres, & ſpinæ, & nubibus mandabo ne pluant ſuper eam imbrem. Expectata eſt enim ut faceret Uvas, & fecit labruſcas. *Quapropter obteſtamur vos, & obſecramus in Domino, ut quid quid noveritis in nobis emendatione, atque animadverſione dignum, eadem Charitate, qua vos omnes in CHRISTO amplectimur, & diligimus, ad inſtructionem noſtram inſinuare, ac rategere velitis*, Nec retineatis verbum in tempore ſalutis.

Per hanc igitur Noſtram publicam Indictionem notum facimus, & ſignificamus Vobis futuram Synodum, quam in Eccleſia Noſtræ Cathedrali celebrabimus ſub Auſpiciis BEATÆ MARIÆ VIRGINIS in Cœlum Aſſumptæ ejuſdem Eccleſiæ Titularis, ac Tutelaris, nec non Sancti Geneſii Martyris Diœceſis Noſtræ præcipui Prote-

ctо-

ctoris inchoandam esse die vigesima proximi futuri mensis Junii, & die immediatè sequenti, favente Domino, absolvendam, ideòque Vos omnes de Clero Nostro tàm Civitatis, quàm Diœcesis, qui Beneficia Ecclesiastica, etiam sine Cura obtinetis: Qui Sacris Ordinibus initiati estis, quique de jure, vel consuetudine Synodo Diœcesanæ interesse debetis hoc publico Edicto vocamus, & omnibus, ac singulis in Virtute Sanctæ Obedientiæ, atquè sub pœnis à Sacris Canonibus præscriptis, aliisque arbitrio nostro irrogandis districtè jubemus, ac præcipimus ad dictam diem in præfatam Ecclesiam Nostram Cathedralem de mane convenire, neque quempiam per alium id præstare posse volumus, & declaramus, nisi legitima causa per Nos approbanda, fuerit impeditus.

Ut autem instructior accedat Clerus ad Sanctam Synodum de sequentibus pramonetur.

Accedant omnes vestibus talaribus, superpelliceis mundis, & biretis Sacerdotalibus induti, ac cum decenti tonsura.

Parochi ab Ecclesia sua non discedant nisi prius populum sibi commissum, maximè verò ægrotos aliis idoneis Sacerdotibus providè commendaverint. Deferant notulam plebis suæ, & in ea recenseant nomina, atque cognomina eorum, qui fortè peccata sua non sunt confessi, vel Sacram Communionem non receperunt, juxta præscriptum Ecclesiæ: Blasphemorum, Concubinariorum, Conjugum absque judicio Ecclesiæ separatorum, & similium, qui publicè peccantes alios infecere possunt, ut eos vel corrigere, vel etiam pœnis coercere valeamus, prout in Domino magis expedire judicabimus. In quolibet Sabbato à die, qua has pramonitiones receperint, vel Missam de BEATA VIRGINE celebrent, vel saltem Collectam ejus dicant, & singulis diebus Festis Litanias Sanctorum cum Populo recitent. In Festo autem Glorioſæ ASCENSIONIS DOMINI, nec non Dominica immediatè præcedente Synodum SANCTISSIMUM EUCHARISTIÆ SACRAMENTUM saltem per horam ad Ostium Tabernaculi decenter exponant, ut publicis precibus ad hanc Sacrosanctam Actionem fructuosè obeundam efficaciùs adjuvemur.

Superiores Collegiatarum, seu Præpositi, atque Priores earum, nec non Plebani omnes in principio Mensis Maij referant Nobis inscriptis quot quot ex sibi subditis Synodo interierunt, descripto uniuscujusque nomine, cognomine, Ordine Sacro, titulo dignitatis, ac Beneficii, quo gaudent, ut illi, quibus fuerit à Nobis cura commissa,

commodè poſſint omnia, quibus opus fuerit providere, & loca ad confidendum diſponere.

Meminerint denique omnes ſivè dum accedunt ad Synodum, ſivè dum pro ea celebranda in Civitate commorantur, modeſtiam, & gravitatem Sacerdotalem in omnibus præſeferre, & Apoſtoli præcepta ſectantes in Caſtitate, in Longanimitate, in Spiritu Sancto, in Charitate non ficta *Eccleſiaſticam Diſciplinam exactiſſimè cuſtodiant. Quare illo Synodali biduo nemo maneat in Diverſoriis, ſed vel apud Religioſos, vel apud honeſtos amicos hoſpitetur. Quod ſi alicui deſit humanitas amicorum, adeat R. D. Joannem Franciſcum Sacchetti Hoſpitii Noſtri Præfectum, qui locum ubi honeſtè degat, aſſignabit.*

Volumus autem, quòd hæc Synodalis indictio Valvis Eccleſiæ Noſtræ Cathedralis, & ſingularum Parochialium Diœceſis affixa perindè omnes, & ſingulos intereſſe habentes afficiat, ac ſi fuiſſet ſingulis perſonalitèr intimata.

Datum ex Reſidentia Epiſcopali Sancti Miniatis die 20. Februarii, occurrente Dominica Septuageſimæ Anno à Nativitate Domini MDCCVII.

FR. JOANNES FRANCISCUS MARIA

EPISCOPUS MINIATENSIS.

Simon Speciali I.V.D. Canc.

SER.

SERMO

HABITUS

A' D. BARTHOLOMÆO GUCCI

Patritio Miniatenſi, & Eccleſiæ Cathedralis Canonico.

SUſcipimus Illuſtriſſime, ac Reverendiſſime Antiſtes, opus ſanè magnum, quo nullum ſublimius, nullum ſanctius, nullum Deo gratius, & ipſe cenſeo, & facile quisquis poteſt exiſtimare. Quid enim præſtantius, quàm leges condere, ſuſceptis regendarum gentium habenis? Quid ſanctius quàm publicæ omnium Saluti, & incolumitati prodeſſe? Quid D.O.M. acceptius, quàm ipſius oves, quibus nos Paſtores, & adminiſtri præfecti ſumus, diligenter, ac ſedulo tueri, & ab omnibus lupi tartarei inſidiis tutas, incolumeſque ſervare? Ego vero, qui illius juſſu, cui reluctari nefas eſt, in hunc locum conſcendi, ut hujuſmodi operis ſtrenuè capeſſendi neceſſitatem, ac laudem exponam, immenſum me onus ſubiiſſe comperio, cui ſiſtendo par eſſe non poſſum.

Solebant Lacedemonii milites in expeditionem profecturi, vim, & ſpiritum haurire ad bellum impigre obeundum, ex auditis Tydei carminibus, iiſque ad difficillima quæque ſubeunda, ac perpetienda mirum in modum excitari. Quæ autem ipſe efferam incitamenta, cui nec ætas authoritatem conciliat, nec dicendi conſuetudo copiam ſuppeditat, & rei ipſius magnitudo, ſplendorque, caliginem mentis oculis offundit, omnemque penè eripit orationis habendæ facultatem?

Hoc autem mihi magno levamento eſt, quod alacritas veſtra cohortationem non deſiderat, humanitas verò tanta eſt, ut meam imbecillitatem, qua in ipſo corruerem conatu, niſi aliquid accederet adjumenti, parum vereri debeam, ac reformidare, cum veſtra benignitate ſitis ultrò ſubſtentaturi.

Ea-

Ea itaque fretus, primo quantum boni veſtra hæc opinio populis allatura ſit, quorum cura Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo Antiſtiti demandata eſt, poſtea de muneris Sacerdotalis præſtantia, breviter, & quoad ejus fieri poteſt dilucidè, atque aptè differere conabor.

Primum autem in animum inducendum eſt præeſſe huic ſacro cœtui ex alto Numen Omnipotentis Dei, atque omnium mentibus affulgere, ut quæcumque in illius gloriam redundatura ſunt, quæcumque amplificatura pietatem, ac religionem, benè ſapienterque decernantur.

Ità divina Majeſtas ſuo ipſius teſtimonio comprobavit, non enim Se tantum in eos hominum conventus illabi, quibus multitudo, ac numerus videtur addere dignitatem, ſed ſi duo, ſive tres, Suo in nomine convenirent, iis ſe medium intereſſe declaravit. At cum hujuſmodi habentur Concilia, ubi de ſumma rerum agitur, de Animarum videlicet ſalute, & recto Divinæ Majeſtatis cultu, tunc præcipua quadam ratione ſingulis adeſſe crediderim, & ingentem Cęleſtium copiam Munerum impertiri. Neque hunc nobiliſſimum in medium conſulendi ritum, arbitremini mortalium eſſe inventum, ab iiſque duxiſſe originem; longe majora, longe vetuſtiora habet exordia, longe nobilioribus exemplis innititur. Reſarcienda erat lapſorum Spirituum ruina, ac implendæ deſertorum Sedes; Senatus habitus eſt, quo nullus auguſtior cogitari poteſt, Sanctiſſimæ ſcilicet Trinitatis, Decretumque illud emanavit: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*. Ex quo quanta futura eſſet in humanum genus divina Beneficentia licet agnoſcere, quanta hominis dignitas, qui ad Dei ſimilitudinem, & imaginem formaretur.

In ipſo igitur Eccleſiæ naſcentis initio Sacræ Militiæ Anteſignani divinis exemplis inſiſtentes, cum Chriſtianæ Reipublicæ fundamenta iacienda forent, ac ſtatuenda Dogmata, a quibus ne latum quidem unguem diſcedi poſſet, non privato conſilio, tametſi propriæ ſingulis Provincię eſſent committendę; Sed communi Catholicæ Fidei ſumma afflati Sancti Spiritus ineffabili aura condidere. Hinc Reſpublica Chriſtiana tam benè conſtituta admirabilia cępit incrementa, ac veluti

luti fœliciſſima Arbor altiſſimis fixa radicibus, longè, lateque ramis expanſis, quamvis inſano procellarum impetu, violentis ventorum turbinibus miſerabilem in modum agitata, nunquam potuit labefactari.

Nefarii,ac ſceleſti latrones ſurgentem aggreſſi, ferrum quoque ſtrinxere, virideſque ramos crudeliter amputarunt, ſed eo facilius in altum evecta fructus edidit cœleſtis ſuavitatis, & miram pulchritudinem oſtentavit.

Quis credat? Sacrilegi deinde Gigantes non ſecus, ac indicto Superis bello, impiis manibus arborem Deo dicatam exſcindere tentarunt, quin extulere bipennes, ac Secures, ictuſque immanes inflixerunt; quaſſata illa tamen ſtetit, ramis truncata latius diffuſa eſt, adeout Europam, Aſiam, Africam, notas tunc totius orbis partes ſua umbra contexerit. Ceſſatum quidem à cæde, nec ubique locorum capitale fuit ſub umbra Catholicæ Eccleſiæ conquieſcere, ſed exorta vis ventorum variis temporibus Sacram hancArborem pertinaci adeo impetu inceſſit, ut lætam vim ramorum proſternens indigna immanitate deformarit.

Horret animus meminiſſe, quæ Sanctæ Eccleſiæ à Septemtrione horribilis tempeſtas incubuerit, quive falſarum opinionum turbines integras Provincias ab eiſdem diſtraxerint, & quam vaſtitatem fecerint, ut impietatem intulerint, vitiis aperuerint aditum, peſtilenti afflatu ſevierint, & omne virtutis Decus extirparint. Ad hanc compeſcendam, retundendamque Spiritus Sancti aura ſalubriter oppoſita eſt, quo remedio, obviam itum, aliis temporibus, peſti, Religioſorum ſcilicet Patrum conventus lorica impenetrabili, clypeo forti, quo omnia nequiſſimi hoſtis tela repelluntur: ita exundanti extra alveum flumini agger obiectus, ſive potius contra mare, ſuis egreſſum limitibus ſublatę moles, ad quas latrantium violentia fluctuum delata irrito tamen conatu frangeretur.

His Sacroſanctis Conventibus Dei Domus ædificari cœpta, ac ſi quam labem incuria peſſimorum mortalium unquam perpeſſa eſt, reſarta, ac in veterem formam reſtituta, ſua magnificentia, ſuo ſplendore inſanientium oculos perſtrinxit. Sic regitur, ſic inſtruitur ſacer ille militantium exercitus, ſic

edo-

edocetur artem repugnandi ſeviſſimis adverſariis, ut defunctus aliquando militiæ laboribus in terris exactæ, promiſſi triumphi pompa fruatur in Cœlo, ac glorioſiſſimo nomine triumphans appelletur. Conciliis igitur Sanctorum virorum, quaſi fortiſſimis propugnaculis munita Eccleſia, Civitas ſancta, ſupra firmam petram fundata, conſecrata Sanctiſſimo Domini Jeſu Chriſti ſanguine, ejuſdem patrocinio protecta oppugnari poterit ab inferno, nunquam tamen ille prævalebit. At ſicuti publicæ conſultationes mirum in modum Reipublicæ Chriſtianæ proſunt, ita ſi prætermiſſæ ſint, nec ſuo tempore celebrentur, neceſſe eſt fieri magnam rerum perturbationem, labare diſciplinam, magnum pietati, magnum virtuti afferri detrimentum. Quo circa meritis juſtiſſimiſque laudibus Vigilantiam Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Antiſtitis Noſtri proſequi debemus, qui poſt peragrata cuncta ſuæ Diœceſis loca, nulla habita incommodorum ratione in itineribus faciendis, quæ multa quàm libentiſſimè pertulit, Synodum hanc indixit, congregavitque, ut Eccleſiæ ſuæ ſponſæ dilectæ, omnibusque ſibi commiſſis ſalutariter proſpiceretur. Ille præit, ille nobis facem præfert, ille impiger Anteſignanus viam oſtendit, quam tenentes nos ipſi aliis commonſtremus, atque ita dirigamus ignaros, reducamus aberrantes. Nam re vera parum præſidii in legibus eſt, ubi prava eorum nocent exempla, à quibus leges cum ſanctè cuſtodiendæ ſint, turpiter uiolantur. Hìc verò Auditores ſinite me delapſum ad alteram propoſiti partem aliquid libare de Sacerdotis præſtantia, libare inquam, nam dignè ſatis celebrare, aut tota oratione complecti, nequidem cœleſtem Angelorum eloquentiam præſtare id poſſe exiſtimarem; tum etiam ignoſcite, ſi juvenis ætate ea conabor afferre, velut ad vos commonendos, à quibus me commoneri magis æquum eſſet, quæ majorem dicentis authoritatem poſtulare videantur: Noſtræ quidem dignitatis excellentia luculentiſſimo Chriſti Domini Teſtimonio declarata eſt. Vos, inquit, eſtis lux mundi. Quid hoc majus, quid ſublimius, quid magis præclarum, aut magnificum dici poteſt? Cogitate Auditores Mundi pulchritudinem, Cœlorum ornatum, Syderum ſplendorem, eorumdem nitidiſſimas imagines, nunc orientium, nunc occidentium

tium, Lunæ globum ſecantem imum orbem, nunc bicornis, nunc mediæ, nunc plenæ; contemplemini admirabilem ſtelliferæ illius regionis elegantiam, horum omnium conſpectum, atque in conſpiciendo incredibilem voluptatem ſplendidiſſima lux Solis indulget. Dimittite in terram oculos, ſpectate Camporum plana, ſegetum hinc luxuriantium fœcunditate, hinc varietate florum amœniſſima. Suſpicite montium juga, quorum alii aſſurgunt in nubes perpetuis nivium algoribus obnoxii, alii læta pecori pabula ſufficiunt, alii vineis, oleis, nemoribus conſiti ſunt; proſpicite maris vaſtitatem, jacentes paſſim Inſulas, modo procellis agitati, modo tranquilli, ac placidi; Sol hoc facit gratum videntibus ſpectaculum. Lubet verò intueri Urbium magnificentiam, ædificiorum amplitudinem, ac ſpeciem, fana, mœnia, propugnacula; Solis beneficio tam jucunda paſcitis animum oblectatione. Lux eadem Terrarum orbi denegetur, heu quæ triſtiſſima rerum facies ſuccedit! quæ conſequetur perturbatio! non ſtatæ temporum anni vices, non ſua rebus forma, non color, omnia caligine, ac denſiſſimis tenebris involventur.

Solis in univerſo hominum cœtu vice funguntur Sacerdotes, ac veluti tota mundi pulchritudo, ac ſtabilis tenor tanti ſyderis ſpeciem reſpicit auctoris; ita univerſo hominum generi, aut virtutum fulgentiſſimis radiis illuſtrati Sacerdotes ſplendorem latè ſuppeditabunt, aut objecti vitiorum ſordibus (quod ſemper abſit) miſerabilem noctem offundent. Quomodo enim Sanctitatem morum reliqua tuebitur multitudo, ſi conſtet Viros Sacris addictos ferri per vitiorum devia, relicta ſemita virtutis? Turpe prætereà Sacerdotes ambitionis aura agitari, & alicubi gloriam quærére præter quàm in Cruce Domini Noſtri: Turpe luxum omnem non averſari, & aliquid in cultu, ac totius corporis habitu præſeferre, quod in viro Altaribus mancipato meritò reprehendendum ſit. Quòd ſi dignitatis noſtræ ſingularis excellentia ſemper in mente verſabitur, nihil profecto committemus, quo poſſimus alicui videri de recta via deceſſiſſe, pravoque exemplo noſtra ſectantes veſtigia in errorum laqueos inducere.

O admirandam miniſterii poteſtatem! O incredibilem Divinæ Bonitatis magnitudinem! Penè ipſi Deo æquamur, ejuſ-

 dem

dem infinita potentia in nos tranſlata. Ille quidem pulcherrimum totius orbis ædificium uno condidit verbo, at Sacerdos majori prodigio ipſum illum, Cœli, & Terræ Conditorem vi verborum ad ſe deducit, neque ſemel, at quotieſcumque profert plena miraculi verba eumdem ſibi præſentem ſtatuit, quemve immenſa rerum amplitudo non capit, exiguæ Cereris ſpherula, ſtupendo ſanè miraculo comprehendit.

Legimus in ſacris literis magna admiratione perculsi Iſraelitici Exercitus Duce Joſue ſolis curſum potuiſſe ſuo imperio inhibere, ſed mirandum magis illum auguſta Sacerdotis voce, velut de ſolio majeſtatis detractum in Sacrificantis manibus conſiſtere.

Magnum hoc admirandum, nec prædicandum unquam ſatis, ſed illud non leve, quinimmò ampliſſimum, claudi à Sacerdotibus, ac reſerari Cœlorum fores, ſontes æternis cruciatibus addici, alios verò quamvis antea nefariis ſceleribus adſtrictos, illis ritè detectis, ritè petita venia, omnique labe expiata priſco reſtitui candori, atque in Cœleſtem demum Patriam tranſferri.

Hanc itaque poteſtatem timent, ac tremunt tartara, ratam habet Cœlum, ſummorum in Terris Regum Majeſtas reveretur, qui cum ingentes nationes ſuis legibus, & imperio temperent, hominem unum in vili aliquando, & ſqualente amictu demiſſè venerantur, ejuſdemque genibus ſuppliciter advoluti.

Quis igitur laudem non tribuat Omnipotenti Deo pro munere hujuſmodi immenſo hominibus conceſſo? Aut quis mortalibus ad tantum gloriæ culmen evectus, quam licebit, non referet gratiam, omne conferens ſtudium ad vitam, piè, caſtè, ſanctèque traducendam? Quod certe quoad fieri poterit, præſtare conabimur, tum ut Numini grati ſimus, tum etiam ne pravis exemplis, aliis exitium, & periculum concreemus; id cogitantes omnium oculos in nos eſſe conjectos, ex noſtris operibus, ac ſermonibus alios pendere, ipſos quoque nutus obſervari, hinc aut libertatem peccandi uſurpandam, aut vitia ex humanis ſocietatibus eiicienda. Sed quo rapit dicendi ardor? apud vos præſertim Re-

li-

ligiosissimi Auditores, quos credere liquet (lucet, impromptu est) ita ad Virtutem incensos, ita vitiorum hostes, ut supervacaneum sit ad illam adhortari, ab illis deterrere; præterquamquod non opus est verbis, ubi loquuntur exempla.

Ducem habemus Illustrissimum, ac Reverendissimum Antistitem nostrum, cujus anteactam ætatem si rectè contemplemur, si eximias excelsi animi dotes, si in administranda, ac gerenda sibi commissa Ecclesia, Sapientiam, Vigilantiam, Sanctitatem, si Virtutis veræ præstantiam, non dubito, quin hujusmodi cogitatione, vitam, moresque nostros ita conformaturi simus, ut nihil curiosè, aut severè etiam inspicientibus possit occurrere, quod sit jure reprehendendum.

Novit Etruria tantæ probitatis excellentiam, novit regina Urbium Roma, novit Italia tota, cum summa admiratione suspexit. Quod non inanis jactantiæ, sed Divini Spiritus impulsu de se prædicavit Apostolus: *Imitatores Dei estote, sicuti, & ego Christi:* Hanc sibi mentem insidere, hoc eum duce proposito imitandi Jesu Chiristi, novunt quotquot vitæ suæ rationem perspectam habent, & mores, actus, ac instituta sua palam faciunt. Quo sanè Spiritu ductum Ecclesiæ cultui, & obsequiis vitam omnem consecrasse; supremi Religiosorum regiminis Prefecturas perhonorifica solicitudinis, & prudentiæ laude obivisse compertum est, Summos etiam Pontifices indefessa opera, sapientissimis Consiliis, & laboriosis officiis exploratum, cum ante, tum post ei delatam ob insignia merita Infulam Præsulatus. Turpe exinde erit nobis in talem Sapientiæ claritudinem nostros oculos non defigere, non eum nobis proponere imitandum, quem absentem exteræ nationes colunt, & non parum nobis invidentes longinquo obsequio venerantur. Nefas erit *non æmulari ejus Charismata Spiritus meliora*, ne dum in perferendis laboribus Charitatem, animi magnitudinem, & constantiam, verum etiam in omnibus à se gestis, majorem Dei Gloriam jugiter expetentibus, quibus pro grege sibi commisso tuendo, magnificum Templum Sanctissimo Crucifixo dicatum à fundamentis erigit, exornat, consecrat, ac penè dixerim creat; unica Divina Providentia opem, & opes ferente. Cujus jam augustam exurgentis in molem Regius Psaltes literali sensu cecinisse

videtur: *Fundamenta ejus in Collibus, & in montibus altis*: Agite igitur, ſequimini Oves optimum hunc Paſtorem, cum in hac publica, quæ inſtituta eſt, conſultatione, ad ſtabiliendam Religionis, atque Eccleſiaſticæ Diſciplinæ conſervationem, tum etiam in veſtro munere capeſſendo, totaque vita inſtituenda, ut ea benè, ac beatè tranſacta doctrinis, moribus, & exemplis, Fidelium vos inſpicientium multitudini, ſi profuerimus, ipſe quod avet, exoptat, vovet, gloriari poſſit, & valeat, non de Cathedrali Eccleſia ſuis ſumptibus ad decorem maximum reſtituta, cujus humanæ gloriæ nulla ei inceſſit cupiditas, ſed de Spirituali cordis omnium veſtrum profectu, venuſtate, & præſidio glorietur, cum Gentium Apoſtolo ajente: *Templum Dei Sanctum eſt, quod eſtis Vos. &c.*

CON-

Digitized by Google

XII

CONSTITUTIONES
SYNODALES

IN

In Nomine

SANCTISSIMÆ, ET INDIVIDUÆ TRINITATIS

PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI

Amen.

NOS F. JO: FRANCISCUS MARIA Dei, & S. Sedis Apoſtolicæ gratia Epiſcopus Miniatenſis ad ejuſdem Dei omnipotentis, Beatiſſimæ Mariæ ſemper Virginis, ac SS. Geneſii, atque Miniatis, cœterorumque Protectorum noſtrorum honorem, & laudem, pro ſpirituali Cleri, & populi noſtræ Paſtorali Curæ concrediti augumento, & ut Chriſtiana Pietas, Deique amor, & timor in Urbe, & Diœceſi noſtra non ſolum conſervetur, verùm etiam augeatur, in hac noſtra prima Synodo infraſcriptas Conſtitutiones ſancimus, & promulgamus.

De

10.4.32

DE FIDE EJUSQUE PROFESSIONE

CAP. I.

Stium Vitæ, humanæ ſalutis exordium, & ſtabile ſpiritualis ædificii fundamentum Fides Catholica meritò nuncupatur, cum ſine illa nequaquam Deo placere poſſimus; Idcircò antiquiſſima, veneranda, probataque ſacrorum Canonum conſuetudine adducti, ab eadem ſacroſancta Fide, ejuſque profeſſione noſtrarum Synodalium Conſtitutionum initium, & exordium ſumere cenſuimus; Etenim ſi illam, quam corde gerimus veritatem, ejuſque Auctorem Chriſtum Dominum confitebimur, ipſe quoque coram Patre ſuo nos confiteri non erubeſcet. *Conc. Trid. Seſſ. 6 de Juſt. c. 8.* *Matth. 10. v. 32.*

I. Hanc Orthodoxæ Fidei profeſſionem juxtà formulam Conſtitutionis Pii Papæ IV. in fine hujus Capitis deſcribendam, emittere tenentur coram Epiſcopo, vel ejus Vicario omnes, & ſinguli infra notandi. *Conſt. 89.*

Qui dignitatem, vel Canonicatum in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiatis Diœceſis noſtræ obtinuerint, intra duos Menſes à die adeptæ poſſeſſionis, aliàs non faciant fructus ſuos. Cathedralis verò Canonici, ipſæque dignitates eandem profeſſionem intra id temporis iterare tenentur coram Capitulo. *Trid. Seſſ. 25. de refor. cap. 2.*

Sacerdotes omnes ad Curam Animarum promoti, inſuper admiſſi prima vice ad Sacramentales Fidelium Confeſſiones audiendas; Promotores Fiſcales, noſtræque Curiæ Cancellarii; Denique Magiſtri Grammatices, & alii, ſi qui fuerint in noſtra Diœceſi bonarum Artium Profeſſores, niſi id aliàs præſtiterint. *Conſt. Pii IV. 88.*

II. Nomina autem, Cognomina, Gradus, & Conditiones eorum, qui hujuſmodi Fidei profeſſionem emiſerint per noſtræ Curiæ Cancellarium in libro ad hunc uſum deſignato, duobus Teſtibus adhibitis, cum dictæ profeſſionis cauſa, loco, die, menſe, & anno diligenter annotari volumus, & jubemus.

III. Inſuper quia licèt ſatis ſit, quòd homo quo ad aliquos Fi-

dei noſtræ articulos minus principales habeat Fidem ſolùm implicitam, ideſt in præparatione Cordis ſui ſit diſpoſitus ad credendum quæ in Divina Scriptura continentur, tamen quo ad præcipuos ejuſdem Fidei Articulos tenetur ſub mortali habere Fidem explicitam, unde non ſatis eſt, ut quis ſciat memoriter Orationem Dominicam &c., niſi notitiam explicitam habeat Sanctiſſimæ Trinitatis, Incarnationis D.N.J.C., & Dei Remuneratoris, atque Retributoris bonorum, malorumque operum; immò etiam Præceptorum Dei, & Sanctæ Matris Eccleſiæ, quæ ſub mortali obſervare tenetur, ut ſit capax Sacramentalis Abſolutionis; Ideò ſtrictè mandamus cuicumque Confeſſario, præcipuè Curam Animarum habenti, ut quotieſcumque rationabiliter dubitet, Pœnitentes ſuos ignorare prædicta, qua opus eſt Charitate, ſingulos patienter interroget: Quid ſit Sancta Trinitas; Quis Jeſus Chriſtus; Quid Paradiſus; Quid Inferi, nec non præcepta Divina, & Eccleſiaſtica; Quod ſi, ut perſæpè contingit, reſponſa audiat à veritate aliena, nullatenus abſolutionem impertiatur, niſi priùs prædictorum Myſteriorum veritatem edocuerit, addatque aliquam ſimplicem, brevemque notitiam Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, ſi jam ad illam Pœnitentes admiſſi fuerint, vel ſaltem Sacramenti Pœnitentiæ, & eorum, quę ad rectam peccatorum confeſſionem requiruntur, ut validè abſolvantur. Et caveant omnes præfati Sacramenti Pœnitentiæ Adminiſtratores, nè hujuſmodi Fidei inſtructionem omittant, quatenus illa opus eſſe cognoverint; Negligentes enim æterno Judici dictæ omiſſionis rationem reddituros eſſe iterum, iterumque monemus.

D. Thomas 2. 2. quæſt. 2. art. 5.

Conc. Mediol. 5. & 6. Tit. de Pœnit.

IV. Porrò, ut ab hæretica lue Gregem Nobis creditum, quantùm in Domino poſſumus, incolumem ſervemus, Fidemque Catholicam in Diœceſi noſtra puram, ſinceramque cuſtodiamus, Parochi ſtudioſiſſimè advertant, an in Plebe ſua aliquis reperiatur, qui pravas opiniones diſſeminet, vel Eccleſiæ Præcepta verbis, & exemplis contemnat, vel cibis vetitis abſque ſpecali Indulto, ſeù approbata neceſſitate diebus ab eadem Eccleſia interdictis veſcatur, vel Sacros Ritus, Indulgentias, Cenſuras Eccleſiaſticas, mortuorumque ſuffragia, & his ſimilia irrideat, vel quocumque alio modo à Catholica Doctrina erret, atque diſſentiat. Quos autem hujuſmodi labe infectos, & in tenebris,

ac umbra mortis ſedentes invenerint, majori quo poterunt ſtudio ad verum Fidei lumen, & ad agnitionem Veritatis revocare conentur, nec tamen omittant eorum notitiam ad Nos deferre ſub pœnis in Sacris Canonibus contentis. Ad regiones autem Hæreticorum nemini liceat proficiſci ſine facultate à Nobis obtenta, & ſtatim ac reverſi fuerint, oſtendant per legitima documenta ſe in illis partibus Catholicè vixiſſe. *C. Qui alios. de Hæreticis. Clem. VIII conſt.* cum ſicut.

V. Invigilent Animarum Rectores, ut Judæi, ſi qui in noſtra Diœceſi degant, dies feſtos ab Eccleſia præceptos ita ſervent, ut nullum ſervile opus publicè facere audeant, & Chriſtiani miniſterium nullum prefatis diebus illis impendant, cum iis non cohabitent, illis non famulentur, eorum Azymis non veſcantur, ad eorum convivia, choreas, & his ſimilia non accedant, nullaque mulier Chriſtiana officium Obſtetricis, vel Nutricis ad eorum favorem exercere præſumat. *Clem. IV. in Conc. c. 19. Greg. XIII. Conſt. 70.*

VI. Deteſtabile Blaſphemiæ crimen ex noſtra Diœceſi eliminare cupientes, Sacrorum Canonum, Summorumque Pontificum, præcipuè verò B. Pii V. in Blaſphemos conſtitutas pœnas innovamus, quas irremiſſibiliter infligi curabimus, & Parochi, vel Parochiales Eccleſias quomodolibet gubernantes ſæpius piis exhortationibus Populum ſuum ab hujuſmodi horrendo crimine avocare ſtudeant, quod ut faciliùs aſſequantur, præfatam Conſtitutionem B. Pii V., vel ejus Summarium vulgari ſermone in tertia parte deſcribendum ſemel in anno, nempe Dominica Sanctiſſimę Trinitatis inter Miſſarum Solemnia alta voce Plebi ſuæ perlegant. *Conſt. 5. Cum Apoſtolicatus. §. 10.*

VII. Cumque etiam grandis jactura Fidei, bonorumque morum proveniat à lectione librorum Hæreſes continentium, & aliorum, qui in Indice damnatorum recenſentur; ideò Parochorum curam exigimus, & conſcientiam oneramus, ut ſedulò perquirant, & diligenter ſciſcitentur, an ſint in populo ſuo, qui abſque Superiorum permiſſione præfatos libros retineant, & perlegant, eoſque à tam noxia lectione deterrere ſatagant, commemorando peccati mortalis reatum, nec non pœnam excommunicationis, aliaſque contra inobedientes à Sacris Canonibus inflictas, & prout poterunt præfatos libros auferant, & ad Nos mittant: Quod ut commodiùs, & ſecuriùs præſtare valeant, neceſſe erit, ut Indicem noviſſimum librorum prohibitorum ſub Inno- *Bulla Cœnæ. Ex regul. de lib. prohib. in Trid. confirmatis. Bulla Pii IV. Dominici.*

centio XI. Romæ editum ſibi comparent.

VIII. Inſuper quoniam non modica pernicies à ſuperſtitionibus, & magicis artibus Catholicæ Fidei oboritur, & Nos non ſine gravi animi noſtri mœrore non ignoramus plurium Diœceſis noſtræ muliercularum mentes, & corda à Dęmone hac in re peſſimè occupari, ideò iidem Parochi, immò, & Confeſſarii, atque Concionatores omni ſtudio quà inſtructionibus, quà hortationibus, quà minis huic malo graviſſimo obviam ire nitantur, & ſeriò Populum ſuum moneant ne rebus ſacris, & Divinæ Scripturæ verbis abutantur, ne ſigna, nodos, aut characteres, præſertim ignotos, vel ad rerum deperditarum notitiam comparandam, vel ad corpora immunia à vulneribus reddenda, ne denique philtra, ſeu amatoria circula, aliaque ſimilia præſtigia, & faſcinationes adhibeant. Admoneant inſuper quod hujuſmodi noxię artes non ſine iniquiſſima Chriſti Domini conculcatione, tacitoque ſaltem cum Dæmone pacto exerceri poſſunt, & propterea in frequenti Populi conventu ſimplices, & rudes perſonas illuminent, ne hujuſmodi muliercularum vanis promiſſis fidant, & prozelo honoris Dei ad illas detegendas excitent, atque inflamment.

C. 1. de Sortil. Cap. Sortes C. contra.

Leo X. in Con. Later. ſeſ. 9. Sixtu V. Conſt. 17

IX. Præterea maximoperè cavendum eſt ne Ægyptii, qui Zingari vulgò appellantur [vagum ſcilicet, & fallax hominum genus] per Rura, & Caſtella circumeundo, rudes perſonas ſeducant, illaſque edoceant, ut ſolent, Sortilegia facere; Ideo Parochi cum primùm illos in Ditione ſua comparuiſſe intellexerint, eorum mores explorent. Inquirant an pręcepta Dei, & Eccleſiæ, ejuſque ritus, & inſtituta obſervent; Si Viri cum Fœminis fuerint, poſtulent ab eis, an ſint matrimonio conjuncti, & quatenus ita eſſe fateantur, requirant de contracto matrimonio authenticas literas teſtimoniales. Sacramenta eis non adminiſtrent, niſi priùs compererint eos non ignorare Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum Fidei, atque præcepta Decalogi, vel ſaltem neceſſaria Fidei noſtræ Myſteria eos priùs edocuerint, & probabiliter non dubitent quòd Sacrum Baptiſma receperint, & ſint in gremio Eccleſiæ Chriſti. Denique in eorumdem conſueta flagitia diligentiſſimè animadvertant, ne pernicioſa illorum conſuetudine Oves ſibi, Nobiſque creditæ corrumpantur.

FOR-

Formula Profeſſionis Fidei.

EGO N. N. firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo S. R. E. utitur, videlicet: Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli, & terræ, viſibilium omnium, & inviſibilium: & in unum Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt: qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cælis; & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, & Homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt: & reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas, & aſcendit in cælum, ſedet ad dexteram Patris, & iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos, & mortuos, cujus regni non erit finis, & in Spiritum ſanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit, qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas; & unam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum, & expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſæculi. Amen. Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque ejuſdem Eccleſiæ obſervationes, & conſtitutiones firmiſſimè admitto, & amplector. Item Sacram Scripturam juxtà eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum Scripturarum, admitto, nec eam unquam, niſi juxtà unanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe verè, & propriè Sacramenta novæ legis à Jeſu Chriſto Domino Noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ Cath. ritus, in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione

Pius IV. Conſt. Incip. Iniunctum.

recipio

recipio, & admitto; omnia, & ſingula, quæ de peccato originali, & de juſtificatione in ſacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium ſacrificium pro vivis, & defunctis, atque in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè, realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem, unà cum anima, & divinitate Domini noſtri Jeſu Chriſti, fierique converſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, quam converſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie totum, atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi: Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis juvari: Similiter & Sanctos unà cum Chriſto regnantes venerandos, atque invocandos eſſe, eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias eſſe venerandas: Firmiſſimè aſſero imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam; Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque uſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, omnium Eccleſiarum matrem, & magiſtram agnoſco; Romanoque Pontifici, Beati Petri Apoſtolorum principis ſucceſſori, ac Jeſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo, ac juro: cætera item omnia à ſacris Canonibus, & œcumenicis Conciliis, ac præcipuè à ſacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor, ſimulque contraria omnia atque hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, rejectas, & anathematizatas ego pariter damno, rejicio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inviolatam, uſque ad extremum vitæ ſpiritum, conſtantiſſimè (Deo adjuvante) retinere, & confiteri, atque à meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantùm in me erit, curaturum. Ego idem N. N. ſpondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

CAP.

CAP. II.

De Doctrina Christiana.

I. DEplorandum sanè, & quidem sanguineis lacrymis deplorandum est, Gentilium, & Turcarum filios omnia Sectæ suæ Dogmata probè callere; Pueros verò, immò quam plures adultos Sanctæ Ecclesiæ filios, & quod magis est, non exiguæ prolis parentes, prima S. Fidei nostræ elementa penitùs ignorare. Rem hanc Nostri Pastoralis muneris primam curam esse censemus, ideoque nervis omnibus urgendam duximus. Qua propter quæ sequuntur, servanda mandamus.

II. Parochi Diœcesis nostræ quocumque nomine nuncupentur sub præcepto Sanctæ Obedientiæ, & Divini Judicii obtestatione singulis diebus Dominicis, tribus solùm exceptis, nempe Palmarum, Resurrectionis, & Pentecostes, de mane, sive ante, sive post Missam, aut etiam Vesperarum hora, si illis magis expedire videbitur, dato signo Campanæ, convocatum Populum, præcipue verò pueros, puellasque Fidei rudimenta edoceant ex libello Card. Bellarmini, jussu Clementis Papæ VIII. edito. Neque solum verba memoriæ, sed illorum sensus menti, quantum tenera ætas, vel hebes ingenium patietur, imprimere conentur. *Trid. sess. 24. de ref. cap 4.*

III. Verùm quia in Visitatione deprehendimus, adultos, qui ad Ecclesiam conveniunt sola ducti obligatione audiendi Sacrum, & non minùs ac pueri, ut plurimùm, Christiana indigent instructione, fortasse propter erubescentiam ad hanc salutarem Cathechesim nunquam accedere, si extrà Missam agatur, ideò, ut quantum cum Domino possumus, crediti Nobis Gregis paternæ curæ prospiciamus, ac in tanto negocio tàm puerorum, quàm adultorum æternæ saluti, & Spirituali simul commodo consulamus, iisdem Parochis præcipimus, quòd omnibus diebus Dominicis per annum, tribus tantummodo exceptis supra recensitis, inter Missarum solemnia, & immediatè post Evangelium, qua occasione juxta proprii muneris debitum verba ad Populum haberi debent, alta, clara, & intelligibili voce, nec non vernacula lingua recitent Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum Apostolicum, Præcepta Dei, & Ecclesiæ, alia-

aliaque Doctrinę Christianæ Substantialia, nec non actus Fidei, Spei, Charitatis, & Contritionis, non quidem singulis vicibus omnia, sed eorum partem, ita tamen ut verba, quæ Parochus dixerit ab universo Populo repetantur, & sensim memoriæ mandentur, atque hoc modo etiam adulti absque rubore addiscant quæ sine salutis discrimine ignorare non debent. Ad id autem utantur Parochi methodo in secunda parte imprimenda, quam in Dominicas ita partiantur, ut trium mensium termino integra methodus sit absoluta, & quater in anno repetatur.

Trid. sess. 24. de ref. cap. 7.

IV. Quò ad Parochos Civitatis volumus servari solitum circa horam, & modum Cathechesis faciendæ; Illos autem, & reliquos Animarum Curatores obtecramus in Domino, & obtestamur quod semper sint memores huius arctissimæ obligationis suæ, nec languida solùm exhortatione pueros, puellasque, immò & universam Plebem suam ad hoc saluberrimum Christianæ Doctrinæ exercitium invitare satis habeant, sed opportunè, importunè arguendo, increpando, in omni Patientia, & Charitate eos allicere studeant, & si opus fuerit, interdum ad Parochianorum domos horis accõmodis hac de causa accedere non recusent. Nulla enim excusatio à supremi Judicis, Nostraque Censura illos eximet, scilicet nec domorum distantia, nec puerorum in pascendis gregibus occupatio, nec ulla alia consimilis causa. Charitas enim ingeniosa est, & tempus, & modum scit opportunè seligere, & impedimenta omnia removere.

Ad Timot. 2. 4.

V. Porrò si quis absque legitima causa per nos approbanda, & de qua ex consequenti rationem reddere teneantur, hanc Sanctam Cathechesim omiserit, pro prima vice duorum aureorum pœna mulctabitur, & graviores pœnæ arbitrio nostro addentur, si iterum, ac tertiò eadem omissione deliquerit. Quòd si per quatuor continuas vices, vel sex discontinuas absque rationabili causa dictam Cathechesim prætermiserit, suspensionem à Divinis Nobis reservatam illicò, & absque alia declaratione incurrisse, ducti exemplo Antecessorum nostrorum volumus, & intendimus.

Synod. Dioec. de anno 1685 it. de Doct. Christ. §. 11.

VI. Et quia non sine animi perturbatione Nobis innotuit adesse Parochos parùm de proprio munere, admodum verò de proprio commodo sollicitos, qui hac in re mentem nostrã, & Antecessorum nostrorum, qui hæc eadem mandaverunt, quo modo

pos-

possunt, eludere conantur, edocendo videlicet Doctrinam Christianam fœminas, non verò masculos, vel è contra, ideò eosdem seriò monemus teneri statutis diebus ad erudiendos modo superiùs præscripto utriusque Sexus Fideles sibi commendatos sub pœnis suprà præscriptis.

VII. Injungimus præterea quòd in fine cujuslibet anni testimonium per scripturam Nobis afferant trino teste munitam, eorumque manu, ac juramento firmatam, se omnia, & singula ad formam præsentis Capituli executioni demandasse sub pœna duorum aureorum, & arbitrii Nostri. *Synod. Diœc. ces. de anno 1650. tit. de Fidei Rudim. c. 6.*

VIII. Parochis sanctum hoc munus exercentibus Clerici Sacris Ordinibus initiati in Parœcia degentes auxiliarem operam præbeant, & sciant ad ulteriores Ordines non esse promovendos, nisi detulerint attestantis Parochi fidem juratam, illos Christianæ Doctrinæ exercitationibus interfuisse, & auxilium utilitèr præstitisse, prout uberiùs in Capitulo de Sacramento Ordinis statuemus. Meminerint tamen Parochi, justo impedimento cessante, per se ipsos semper ad præfatum munus subeundum teneri, nec unquàm ab hoc onere se solutos existiment, etiamsi alii adsint, qui illos adjuvent, & proindè nisi per se, ut suprà præscriptum est, satisfecerint, & personaliter interierint dictæ Cathechesi, pœnis suprà recensitis obnoxios esse volumus, & declaramus. *C. ut quisq. De vita, & honest. Cler.*

IX. Teneantur insuper frequenter admonere privatim, & publicè Parentes, Patrinos, Tutores, Curatores, & quoscumque alios, quibus puerorum cura commissa est, ut eos, qua decet vigilantia, pro addiscendis Fidei rudimentis, ad Ecclesias statis diebus mittant, nec non consimilem Dominorum erga suos famulos, famulasque obligationem prædicent, atque insinuent ad id teneri sub mortali, nisi illos ejusdem Fidei rudimenta per se ipsos edoceant. Quos autem hujus arctissimi debiti Contemptores deprehenderint, incapaces absolutionis Sacramentalis habeant, & proindè ut tales arceri volumus a Sacramenti Pœnitentiæ favore, nec illos Nobis denunciare omittant, ut congruis remediis eorum saluti prospiciamus. *C. Non puteris 23. q. 5.* *Mandatum SS. D. N. Clem. PP. XI.*

X. Præterea, ut tam pium, Deoque summè acceptabile opus magis, magisque promoveatur, volumus, & expressè præcipimus strictè onerando Conscientiam Parochorum, ne ullos impostorùm admittant ad munus Patrini, vel Patrinæ pro Sacramentis *C. Vos ante de Consecr. dist. 4.*

Baptismi, atque Confirmationis, nisi priùs eis constet de illorum peritia quò ad Fidei mysteria: Nec etiam Sodalitatibus Laicorum deinceps adscribendi erunt, qui non detulerint fidem juratam (Sodalibus quidem legendam antequam proponantur) Parochi testantis, illos non ignorare necessaria ad salutem, aliàs receptio sit nulla, nisi fortè adscribendi sint tales, ut de illorum Doctrina non dubitetur.

Collig. ex Trid. Sess. 24. c. 1. de ref.

XI. Insuper volumus, & jubemus Parochos nunquam devenire ad denunciationes pro Matrimoniis contrahendis, nisi Sponsos priùs examinaverint, & compererint esse præditos notitia necessaria Mysteriorum Fidei, ut ita saltem ex hoc motivo plurimi addiscere compellantur quæ ignorare non debent; Qua de causa prædictum experimentum, maxime quò ad Rurales, in Ecclesia, & coram Populo fieri mandamus. Quòd si absque hujusmodi examine, & approbatione ad denunciationes devenerint [nisi aliundè certò certiùs illis constet de peritia supradicta eorum, qui se Matrimonio jungi desiderant] arbitraria pœna, & quidem gravi, eorum inobedientiam in re tanti momenti punire non omittemus; Nimis enim necessarium est Conjuges probè callere Mysteria illa, quæ sub mortali tenentur edocere prolem, quam consequentur.

D. Carol. in Inst.

XII. Denique injungimus, quod singulis annis post Sanctum Resurrectionis Pascha, dum Animarum Statum transmittere tenentur, Nobis notificent omnes sivè adultos, sivè parvulos, qui necessaria Fidei Mysteria ignorant; insuper, & eorum Parentes, & Custodes, qui forsan negligentes fuerunt in mittendo illos ad Sanctam Cathechesim. In hac verò danda notitia servent methodum in quarta parte specialitèr describendam. Quod si Animarum Curatores adamussim, & juxtà ea quæ in dicta methodo describentur, non paruerint, rigorem justitiæ Divinæ, & nostræ pariter experientur.

B. Pii V. Const. 117. ex debito. Greg. XIII. Const. 30. Universis Paulus V. const. 36. Ex credito.

XIII. Verùm, ne modò pœnarum timore, sed etiam spiritualium, & temporalium gratiarum favoribus Christifideles excitentur ad Christianam Doctrinam, sive addiscendam, sive promovendam, Parochi in primis sedulò satagant pro erectione Societatis ejusdem Doctrinæ Christianæ modo, & forma in secunda parte insinuandis, & bis in anno, nempè in festo Purificationis B. M. V., & SS. Apostolorum Simonis, & Judæ Summarium Indul-

Indulgentiarum, quas Summi Pontifices concessere dictis Sodalitatibus publicè perlegant, quod quidem Summarium in dicta secunda parte describetur.

XIV. Præterea curent, ut aliqua præmia consequantur quicumque ex pueris, sivè ex puellis in exercitationibus publicis quolibet anno faciendis juxtà modum in dicta secunda parte statuendum, Victoriam supra cęteros, cęteraſque respectivè reportabunt.

XV. Postremò, quia Fidei, & Pietatis instillandæ spes magna posita est in Ludimagistris, eos enixè obtestamur, ut meminerint, & cordi altè infixum habeant, suas esse partes priùs Dei timore, ac Pietate Christiana, cujus fundamentum Fides est, mox literis discipulos informare; ideò volumus, & præcipimus quòd semel saltem in hebdomada Sacris Dogmatibus illos instruant, & super Doctrina Christiana disputare faciant, addendo deinde uberiorem explicationem eorum, de quibus fuerit disputatum. *Leo X. const. 7. Superna.* *Synod. Diœc. anno 1700. tit. de Doctrin. Christ.*

XVI. In Monialium Conventibus, atque etiam in Conservatoriis Christianam Doctrinam festis diebus doceri præcipimus per aliquam Monialem ad id magis idoneam eligendam à Confessario, cujus super hoc Conscientiam oneramus.

CAP. III.

De Verbi Dei Prædicatione.

I. TAnta est in Apostolico prædicandi munere dignitas, & excellentia, ut nihil præclariùs, nihil altiùs excogitari posse videatur. Satis enim sit dicere Prædicatores pro Deo, & Christo Jesu in terris legationem obire. Hoc præclarissimum Officium proprium esse omnium, qui Curam Animarum gerunt nemo ambigit, cum Servator noster in persona Principis Apostolorum illis omnibus intimaverit: *Pasce oves meas*, quæ verba de Evangelica Prædicatione Sacri Interprætes explicant. Ideò Sacrosancti Concilii Tridentini Decretis innixi, Pastoribus Animarum districtè præcipimus, quòd singulis diebus festis, sed præcipuè solemnioribus, brevitate, & facilitate sermonis Plebi suę Sacrum Evangelium, Divinamque Legem explicent, peccata, quæ iter ad Cœlum præpediunt, detegant, & infectentur, opera verò Virtutum, quibus Gloria Cœlestis acquiritur, aperiant, & *2. Corinth. 5.* *Jo. 21. 15. Trid. sess. 5. de reform. c. 2. & sess. 24. de reform. c. 4.*

extollant. Animadvertant tamen, ne dum aliis prædicant, ipsi reprobi efficiantur, ideòque in omnibus se ipsos exhibeant exemplum bonorum operum, & semper præ oculis habeant Pastorum Principem Christum Dominum, qui ad exemplum nostrum priùs *cœpit facere*, & deinde *docere*. Dominicis autem Adventus, & Quadragesimæ illis in locis, in quibus hoc Sanctum Ministerium per Concionatores ad id specialitèr electos expleri solet, Parochos ab hoc onere eximimus. Porrò quales Sanctæ Prædicationis Ministros exoptemus, quidvè eos præstare deceat, & oporteat sequentibus Sanctionibus declarabimus.

Act. Apost. c. 2.

II. Interdicimus in primis, & prohibemus in Diœcesi nostra omnibus cujusvis conditionis, & Ordinis etiam Regularis, Evangelicæ Prædicationis usum, non impetrata priùs à Nobis Benedictione, & facultate in scriptis concedenda, quam Parochi à Concionatoribus postulent, & accuratè recognoscant, antequàm in propria Ecclesia verba Dei illos habere permittant, & hanc eamdem Benedictionem, & facultatem petendam esse à Regularibus etiamsi in propriis Ecclesiis prædicare, vel sermones quoscumque habere voluerint declaramus. Contrafacientes pœnas per Decreta Summorum Pontificum præscriptas subibunt.

Trid. ubi sup. Clemens X. Const. 7. Superna.

III. Antequàm Dei verbum Populis annunciare incipiant, Animam suam à peccatis expiare non omittant: Neque enim Infirmos infirmus Medicus curare poterit, cui dici possit; *Medice cura te ipsum*, maximequè formident verba illa Omnipotentis Dei per Os David dicentis: *Quare tu enarras Justitias meas, & assumis Testamentum meum per os tuum, tu verò odisti disciplinam?* Sacram Scripturam non interpretentur, nisi juxtà unanimem consensum Patrum. Abstineant ab enarrandis falsis miraculis, & historiis apocryphis. Nihil dicant, aut faciant, etiam ad exigendas lacrymas, & ad compungendum peccatores quod à Christiana Disciplina aliquo modo sit dissonum. Nimiam non ostentent eloquentiam, ne potiùs sui ipsius Encomiastes sint, quàm Jesu Crucifixi Prædicatores, ideòque sermo eorum sit (ut monet Apostolus) *non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus, & Virtutis.*

Luca 4. 23.

Psal. 49. 16

Epist. Sac. Cong. Concil. de anno 1680.

1. Cor. 2. 4.

IV. Ut fructus uberior ex Apostolica Prædicatione reportetur, consulant Prædicatores Parochum de moribus Populi, ejusque peculiaribus vitiis, ut congruè, aptèque admonere, arguere, & increpare possint in omni patientia, & doctrina. Caveant tamen

tamen, dum insectantur delicta, nè delinquentes detegant; In primis tamen meminerint esse prorsùs intolerabile, si in Parochum, ejusque crimina quasi apertis verbis fuerint invecti, & talibus adjectis circumstantiis, ut ipsum describisse agnoscatur; Sic enim cum maximo Animarum detrimento contemptibilem redderent, quem reverendum à Populis prædicare necesse est. Quare, si quis ex Concionatoribus in gravem hunc errorem incidisse contingat, illicò, & absque aliqua declaratione à munere concionandi in Nostra Diœcesi suspendimus. Verùm si aliquid in Pastoribus sacris reprehensione dignum repererint, inter se, & illos solos in Charitate Christi corripiant juxtà Evangelium. De facili tamen aures non porrigant quibusvis vocibus, & murmuribus Populi, sed diù, & sedulò examinent quæ audierunt, antequàm fraternæ correctionis jaculum emittant, nè comprimant quem in portando Animarum pondere adjuvare, & sublevare tenentur.

V. Curent, ut materia Concionum moralis sit, non idealis, sed practica. Declarent Novissima hominum, peccati turpitudinem, atque perniciem. Detestabile Blasphemiæ scelus, inveterata odia, inimicitias Christiano nomine indignas, nefariam rei familiaris augendæ sitim, usuram, calumnias falsas, festorũ violationem, irre verentiam in Templo Dei, & alia hujus generis monstra in voce tubæ, & brachio forti insectentur. Excitent ad pœnitentiam, allic iant ad frequentem usum Sacramentorum, & ad omnium virtutum amorem, & exercitium. Servent deniquè omnia, quæ continentur in literis de mandato fel. record. Innocentii Papæ XI. sub die 6. Julii 1680. editis, & in tertia parte Synodi apponendis. Ne verò alicui ignorantia prædictorum suffragari possit, antequàm Concionatores cursum Quadragesimæ, vel Adventus incipiant, omnia, quæ in hoc capite continentur, eis Parochus legenda offerat. *Trid. sess. 5. de Ref. c. 2. & sess. 24. de reform. c. 4. Epist. supra cit.*

VI. Quia autem Operarius, præcipuè Apostolicus, non congrua solùm mercede, sed insuper eximio honore dignus est, ideò Parochi quantum in Domino possunt, Divini Verbi Ministros, tanquàm Coadiutores suos, & de se proinde optimè meritos, omni, qua par est, Charitate, atque benignitate recipiant, & opitulentur: præcipuè verò satagant, ut in fine laboris condignam mercedem reportent. *Trid. sess. 24 c. 4. de refor.* *Luca 10.*

VII. Cumque per Os veritatis dicantur *Beati* potiùs *qui audiunt*

diunt Verbum Dei, & cuſtodiunt illud, quàm *Venter ille, qui ipſum portavit, & Ubera, quæ illud lactavernnt*, hortamur, & monemus omnes Utriuſque Sexus fideles, ut pro debito, quo obſtringuntur, Sacris Concionibus attentè, & devotè intereſſe ſtudeant. Et ne ejuſdem Divini Verbi Præcones contra Spiritus Sancti conſilium cogantur *effundere ſermonem, ubi non erit auditus*, ideò jubemus in hora Concionum Curiam noſtram ſilere, niſi aliter gravis neceſſitas exigat, & hoc etiam à Curia Sæculari exequi enixè rogamus, & ſummoperè concupiſcimus.

Luca. 11. 28.

Trid. ubi ſupra§. Moneatque.

Eccleſ. 32. 6

VIII. Inſuper per Viſcera Miſericordiæ Dei Noſtri obſecramus, & deprecamur omnes Regiæ Celſitudinis Magni Ducis Noſtri Vicarios, cæteroſque Locorum Noſtræ Diœceſis Prætores, ut laudabilem illum plurimarum Nationum uſum, quo dum in Quadrageſima ferialibus diebus Conciones habentur, Artificum Officinæ clauduntur, etiam in hac Civitate, & reliquis Diœceſis noſtræ Terris piè, ſanctèque obſervandum inſtituant. Qui verò Eccleſiaſtici Ordinis ſunt, ſæcularibus ſint in exemplum, & audiendo libenter Verba Dei, ſe ex Deo eſſe ſpeciali quodam modo demonſtrent.

Io. 8. f.

IX. Si Parochus Prædicationis munus per ſe ipſum, ſive in Adventu, ſivè in Quadrageſima obire voluerit, poterit utiquè; Sciat tamen nullam exindè eleemoſynam percipere poſſe: ex decreto Sacrę Congregationis de die 20 Martii 1621.

Dec. S. Con. Epiſ. & reg.

X. Iidem Parochi, Rectoreſque Eccleſiarum, in quibus Conciones haberi ſolent, diligentèr obſervent dicta, & facta Prædicatorum, & ſi quid ab Apoſtolico Miniſterio in eis alienum deprehenderint, illicò Nos admoneant, ſuper quo eorum conſcientiam ſtrictiſſimè oneramus.

XI. Conciones habeantur tantummodò diurnis horis, etiam in Paſſione Domini, aliàs Eccleſiam illicò interdictam declaramus.

Synod. diœc. 1685. tit. de Prædicat. 54.

XII. Prædicationis tempore Fœminæ à Maribus in Eccleſiis omninò ſeparentur, ſaltem interducta aliqua tela, ita quòd mutuis obtutibus nullus aditus pateat, ſub pœna interdicti ſuprà præſcripta.

Acta Eccl. Mediol. c. 1.

XIII. Conciones in Eccleſia Monialium aperto oſtio, & coram Sæcularibus prohibemus; At volumus dictas Conciones haberi pro præfatis Sanctimonialibus ſaltem in Quadrageſima, foribus tamen Eccleſiæ clauſis, per Concionatores à Nobis aſſignandos.

XIV. Ut

XIV. Ut autem occurramus fraudibus, quæ aliquandò contingunt, insinuamus omnibus, ac singulis, ad quos Concionatorum electio quoquomodo spectat, ut quos elegerint, vel publicis literis patentibus, vel saltem privatis quibusdam documentis communiant, ut dignoscatur quod verè pro tali Ecclesia sunt destinati; Testantes Nos, quòd si absquè hujusmodi documentis coram nobis comparuerint, profectò Benedictionem non obtinebunt. Et ne Electores Laici ignorantiam allegare possint, Parochi statim ac ad eorum manus acta hujus Synodi pervenerint illos de hoc decreto præmoneant.

XV. Insuper cum maximè necessarium sit, quòd Concionatores, in locis præcipuè ruralibus, facultatem habeant audiendi Sacras Confessiones; Sunt enim veluti Confessarii extraordinarii, quibus Populi libentiùs quàm proprio Parocho propria delicta detegunt. Cumque ex alia parte æquum non sit, tam altum, & perdifficile ministerium committi inexpertis, indoctis, minùsque idoneis, ideò monemus supradictos Electores, ut semper eligant Prædicatores sub hac expressa conditione, videlicèt, quòd ad dictas Sacras Confessiones recipiendas facultatem fuerint consecuti, unicè exceptis Prædicatoribus ex Venerabili Ordine Cappuccinorum. Notum siquidem facimus omnibus, quòd nisi Nobis, vel de eorum approbatione ab aliis Episcopis extra tempus Quadragesimæ per literas patentes obtenta, vel de eorum idoneitate per examen coràm Nobis faciendum constiterit, dictam facultatem eis minimè impartiemur: undè nè Populi conqueri possint, Parochi etiam de hoc decreto dictos Electores præmonere non omittant.

CAP. IV.

De Sacramentorum Administratione.

I. CUm è latere Christi, tamquàm de Misericordiarum plenitudine Sacramenta Novæ Legis effluxerint, meritò *Aquæ illæ* dicuntur, quas Populus Christianus *haurire debet in gaudio de fontibus Salvatoris*, ut Dei Ecclesia perenni gratiarum effu- *Isaiæ 12. 3.*
sione, nempè Innocentia, Pietate, & Sanctitate fœcundetur. Sed quoniam inter tot Virtutum præsidia (quod non minùs mirandùm, quàm

quàm deplorandum eſt) tanta obſervatur in Chriſtiano Populo corruptela, fatendum eſt id ex eo proficiſci, quòd Sancta non ſanctè tractantur. Enitendum igitur eſt in primis, ut prædicta Sacramenta, per quæ omnis vera Juſtitia vel incipit in nobis, vel cœpta augetur, vel amiſſa reparatur, ſingulari prorsùs diligentia atque religione adminiſtrentur, nè dum recipientibus ſalutem conferunt, pariant interitum miniſtrantibus.

Conc. Flor. ſub Eug. IV. Trid. ſeſſ. 7. c. 6.

II. Curent igitur Parochi, aliique Sacerdotes ſe vita, & moribus reddere irreprehenſibiles, ſedulò recogitantes quantum ſit ſcelus pura ab impuris tangi, nempè Sacratiſſima Chriſti Myſteria ore polluto conficere, & fœdis manibus contrectare. Quare Conſcientiæ puritati perpetuò ſtudeant, undè ſæpè à reatibus Conſcientiam expiare non omittant, idque magis agant, ſi Sacramenta adminiſtraturi læthali culpa (quę in Sacerdote præſertim Paroco ſemper erit turpiſſima, & horrenda) ſe infectos eſſe deprehenderint.

Tri. ſeſ. 22. de Sac. miſ. ſect. 4.

Canon. prophetavit 7. Can. O Propheta 80. Can. neceſſe eſt 93. prima q. 1.

III. Præter Sacrum Viaticum, atque extremam Unctionem extrà caſus neceſſitatis Sacerdos nonniſi in Eccleſia Sacramenta miniſtret, ſuperpelliceo, & ſtola ſuper indutus: Canonici verò noſtræ Cathedralis, ac etiam Collegiatarum ad recipiendas Confeſſiones poterunt quidem accedere ſuo Canonicali habitu amicti, dummodò in adminiſtranda Sacratiſſima Euchariſtia Mozzettam deponant, & Stolam induant, idemque agere poterunt reſpectivè Plebani, atque Priores Eccleſiarum.

Ca. in Sancta. Et Can. Veſtimenta de Conſec. diſ. 1.

IV. Calleant exactiſſimè Parochi, & diligentiſſimè obſervent ea omnia, quæ uel ad conficienda, vel adminiſtranda Eccleſiæ Sacramenta requiruntur, ideò que Rituale Romanum non rarò attentè pervolvant, & in actuali Sacramentorum adminiſtratione illud ſemper præ oculis habeant, nè in Tantæ Majeſtatis Myſteriis quidquam caſu, aut titubanter agant.

Cap. Quando Presbyteri. & C. quæ ipſis 38. diſ. Trid. ſeſſ. 7. de Sac. in gen. Ca. 13.

V. Nulli Sacerdotum, quàmvis ad audiendas Confeſſiones approbato, liceat extrà caſum neceſſitatis adminiſtrare Sacramenta Baptiſmatis, Extremæ Unctionis, & Matrimonii, niſi priùs teſtimonium unius ex Deputatis ad examinandum ſuper Sacris Ritibus, de ſua ad id ſufficientia exhibuerit, & ſpecialem ad prędicta facultatem à Nobis, vel Vicario noſtro Generali fuerit conſecutus.

Syno. diœc. 1700. tit. 5. de Sacr. in gen.

VI. Conſcius Sacerdos ſibi opus eſſe Sacramentali Confeſſione

ne

ſſione, Sacerdotalia indumenta ad celebrandum non accipiat, ſed antequàm illa induat, confiteatur, ac proindè nullus Confeſſarius aures perrigat Sacerdoti confitenti, qui ſacris veſtibus, vel etiam ſola Alba fuerit ornatus.

VII. Cum juxtà Iſaiæ Oraculum *omnes ſitientes*, etiam *qui non habent argentum* invitentur ad Aquas, *& ad emendum abſque ulla commutatione Vinum, & Lac*, per quæ Sacramenta intelliguntur, caveant Sacerdotes, ne in adminiſtrandis Sacramentis quidquam etiam minimum non ſolùm verbis, ſed etiam ſignis poſtulent, ſub gravibus pœnis ab jure ſancitis. Quòd ſi peracto Sacramento aliquid ſponte fuerit oblatum, titulo Charitatis illud recipere non prohibemus. *Iſaiæ 55. 1.* *Ca. Baptizandis 99. & ſequent. prima q. 1. Can. quid quid 101. prima q. 1.*

VIII. Ad evitandum ſacrilegos Sacramentorum abuſus, cuſtodiantur Sacra Olea ſemper in Eccleſia clavibus obſerata, & nulli Sæculari quovis prætextu, etiam Pietatis, & Charitatis concedantur, etiam ſimpliciter deferenda. Sacra enim non ſunt prophanis manibus contrectanda. *Synod. Provinc. Flor. anno 1573 Rubric. de Sacram.*

IX. Singulis annis Plebani ſtatuto tempore Olea nupèr confecrata à Noſtra Cathedrali recipiant, & Eccleſiis Parochialibus ſubjectis quamprimùm diſtribuant, nec aliis quàm Sacerdotibus, vel Clericis deferenda tradantur. Vaſcula pro eorum delatione argentea ſint, vel ſaltem ſtamnea, & unumquodque eorum literis extrinſecùs exprimat quodnam Oleum Sacrum intùs contineat. Capſula, qua deferri ſolent claui ſit obſerata, itaùt nec ab ipſo quidem deferente poſſit aperiri, niſi fortè fuerit Sacerdos, ideòque clavis ejuſdem capſulæ in folio ſigillis munito ad Sacriſtam noſtræ Cathedralis dirigatur, qui eodem modo capſulam, & clavem remittere teneatur. *Can. literis de Conſecr. diſt. 3.*

X. Veſtes, Vaſa Sacra, aliaque omnia pro uſu Sacramentorum adhibenda, munditia, atque puritate refulgeant, nec quidquam ſit in eis, quod nedùm Divinæ Majeſtatis, ſed nec etiam Fidelium eadem Sacramenta recipientium oculos offendat. *Ca. in Sancta, & Can. veſtim. de Conſec. diſt. 1.*

Verùm quia non modò in Miniſtrantibus, ſed etiam in ſuſcipientibus eximiam Pietatem, externumque præclariſſimum cultum Sacramenta exigunt, crebris exhortationibus monendi erunt Fideles, ut illorum ſalutares effectus conſiderantes, nonniſi devoti, puri, & immaculati ad ea accedere præſumant. Nec modò Conſcientiæ munditiem, animique candorem, ſed exte- *Syn. Provincial. præd. Rubric. ut ſup. ex Trident.*

riori etiam corporis habitu, summam reverentiam, profundamque humilitatem præseferant. Ideò Viri armis depositis, Mulieres verò tecto capite, ac pectore, & honesto, humilique ornatu coràm Sacerdotibus Sacramenta ministrantibus se præsentent, ut ità Cœlestia Christi Munera congruè recipientes, uberiores Divinæ Gratiæ largitiones consequantur.

CAP. V.

De Sacramento Baptismi.

I. MAgna profectò in institutione Baptismatis Dei, & Servatoris nostri Jesu Pietas, atque Misericordia refulsit. Siquidèm olim humanam carnem vitiis undequàque corruptam aquis diluvii non abluit, sed delevit; In Unda verò Baptismali eandem originali culpa fœdatam sine ullo propèmodum incommodo nostro expiare, imò & regenerare dignatus est. In illo enim saluberrimo Fonte Aquæ salientis in Vitam æternam, nedùm mortem nostram demersit, verùm & iram suæ justissimæ indignationis extinxit. Cum autem tantæ Benignitati gratias pro meritis rependere non valeamus, æquum est ut saltem contendamus pro viribus, ne in ipsius Sacrosancti Lavacri susceptione, vel administratione error, vel defectus ullus appareat.

C. venit Sacerdos dist. 4. de Cõsecr. Clem. unica de Baptismo.

II. Igitur summa reverentia Sacramentum hoc celebretur, & nisi urgens necessitas alitèr suadeat, Parochi veste talari, superpelliceo, & Orario induti ad baptizandum semper accedant, ut Laici, qui Infantem deferunt, indè discant quà devotione, & religione approximari debeant ad Sacrum Fontem.

III. Quæ ad perficiendum hoc Sacramentum sunt necessaria, nitida, & munda sint, vas scilicèt ubi aqua benedicta continetur, spatula, seu coclear, quo illa sumenda est ad abluendum, & Olei Sancti, nec non Chrismatis vascula, quæ si quis non habeat argentea, studeat talia comparare, parùm hoc reddentes Domino Sacerdotalium proventuum, quos ab illo gratis acceperunt.

IV. Urna Baptismalis marmorea sit, vel saltem lapidea, in qua duæ sint cavitates, quarum altera servandæ aquæ benedictæ in-

inſerviat, altera recipiendæ jam delapſæ ex abluto capitæ Baptizati, ita tamen ut abluens aqua nec in fontem relabatur, nec in imo cavitatis ejus remaneat, ſed per foramen, & per inſertam fiſtulam in proximè ſubjectum feratur Sacrarium. Præfatæ Urnæ ſuperimponatur operculum ligneum decorè fabrefactum, & decenti conopęo veſtitum, ut nec pulvis, nec ulla alia ſordes intrò penetrare poſſit. Illius autem operculi claves apud ipſum Parochum diligentiſſima cuſtodia aſſerventur. *Clem. unic. ſup. cit. Cap. omnis Presbyt. de Cõſecr. diſt. 4.*

V. Propè Sacrum Fontem ſit armariolum ad recondenda Sacra Olea, & inſtrumenta pro adminiſtrando Baptiſmate neceſſaria, inter quæ ſint duo mantilia candida, & munda pro Infantis capite abſtergendo. Si verò mantilia, ſeù ſudariola prædicta ad præfatum uſum pro loci conſuetudine afferantur è domo Baptizandi, ea non niſi nova adhibeantur, & ſic adhibita non in prophanum uſum, ſed unicè in Eccleſiæ ſervitium converti debent. Quæ omnia paritèr ſera, atque clave obcluſa ſemper manere debent, & clavis prædicta à Parocho cuſtodiri. *Conc. Mediolanen. 4 de Baptiſmo.*

VI. Suprà Baptiſterium Baldachinum, ſeu Umbella elevetur, & circà ipſum imago Sancti Joannis Baptiſtæ Chriſtum Dominum in Jordane baptizantis pingatur. *Clement. ſupra cit.*

VII. Si Aqua Sabbato Sancto ſolemni ritu benedicta ex aliquo accidente defecerit, vel corrumpatur, Parochi, vel ex proxima Plebania in aliquo vaſe nitido ad propriam Eccleſiam aliam deferant, vel novam in Urna infundant, & juxtà Rituale Romanum iterùm benedicant. *Ex Ritual. Rom.*

VIII. Quoniam verò in hyeme interdùm accidit, ut aqua baptiſmalis vi frigoris conglaciet, aut gelida nimis fiat, itaùt nocere poſſit Infantulo baptizando; Ideò tunc licitum erit Parocho aliam aquam calefactam [in vaſe tamen mundo, & ſeorſim] immiſcère, & illa uti ad baptizandum, dummodò aqua calefacta longè paucior ſit aqua benedicta. *Rit. ſupra cit.*

IX. Ante ortum, vel poſt occaſum ſolis nunquàm citrà neceſſitatem Baptiſmus adminiſtretur, & ſi plures fuerint eodem tempore baptizandi, unuſquiſque ſeparatim cum omnibus ceremoniis præſcriptis ab Eccleſia Unda ſacra abluatur, niſi mortis periculum inſtet. *Clement. unica de Baptiſmo.*

X. Parochus in feſto Circumciſionis D., & Nativitatis B.M.V. inſtruat Populum ſuum quò ad hujus Sacramenti uſum, eumque

2. de Conſ. diſt. 4. Cap. conſtat. edoceat, quemlibet cujusvis conditionis, ac ſexus, dummòdo ſit baptizatus, in caſu neceſſitatis poſſe Baptiſmum conferre, ſervato tamen ordine, itaut Diaconus Subdiacono, Clerici Laicis, & Viri Fœminis præferantur, niſi detur caſus, quo Maſculi formam, & ritum Baptiſmatis conferendi neſciant, Fœminę verò non ignorent; Nam ſi quis hoc ordine non ſervato data opera baptizaret, gravitèr peccaret. Pluribus aliis neceſſe erit Parochum Plebem ſuam imbuere pro ſancto Baptiſmate benè adminiſtrando, quæ quidem extenſa in ſecunda parte adinveniet. Quid enim ad ſalutem æternam Animabus proderit, quod omnes urgente neceſſitate hoc Sacramentum conferre poſſint, ſi modus ritè, validèque baptizandi ferè ab omnibus ignoretur?

Eugenius IV. in Decreto Unionis.

Ex Rit. Rom. de Baptiſmo.

XI. Cum Baptiſmus eripiat Homines à poteſtate Diaboli, illoſque faciat Dei filios adoptivos, deteſtabilis eſt uſus, quo Parentes impia, ac crudeli negligentia, vel vano, ſtultoque prætextu, & cum æternæ ſalutis periculo Infantulos aliquandò ſine hoc ſalutari Lavacro, non exiguo dierum ſpatio detinent, ideò in virtute Sanctæ Obedientiæ præcipimus, ut Natos quamprimùm renaſci curent. Quòd ſi ultrà tres dies id differant, illicò in excommunicationem Nobis reſervatam incidiſſe nunc pro tunc declaramus, & Parochi de hoc Decreto ſtatìm ac Acta hujus Synodi ad eorum manus pervenerint, omnes publicè commoneant, ne ullus allegare poſſit ignorantiam.

Suarez. diſput. 25. Sect. 2. §. Ultimo.

Setus diſt. 5 q. unic. art. 3.

Clem. unica ſupr. cit.

XII. Si Infantes abſque Baptiſmatis regeneratione mori contingat culpabili Parochorum negligentia, ultrà graviſſimi criminis reatum, alias pœnas ad arbitrium noſtrum pro criminis qualitate patientur.

Synod. Provinc. Flor. anno 1573 tub. de Sac.

XIII. Baptizandis nomina non obſcęna, non fabuloſa, neque à falſis Diis deſumpta, ſed unicè à Sanctis, & Cœlitibus mutuata imponantut. Quòd ſi aliqui cupiant eis imponi Nomina Gentilitia Familiæ, non prohibemus, dummòdo præmittantur ſemper nomina Sanctorum, ut cum Infantes ætate profecerint, poſſint eorum virtutes imitari, multòque magis eorundem præſidio muniri.

Conc. Niceęnum C. 30. juxta verſ. Arabicano.

XIV. Expoſiti Infantes, quàmvis cum Schedula teſtimoniali de ſuſcepto Baptiſmo reperiantur, rebaptizentur ſaltem ſub conditione, ſi errorem aliquem irrepſiſſe in ſubſtantialibus probabile videatur, idemque ſervetur cum illis, qui baptizantur domi, ſi fa-

Ex Rit. Rō.

ſi facta diligentia de validitate collati Baptiſmatis dubium inſurgat; Si verò de hoc nullatenùs dubitetur, caveat Sacerdos, ne iterum baptizet, etiam ſub conditione, ne ſacrilegium committat, & irregularitatem incurrat. *Capit. de Quibus de Baptiſmo.*

XV. Nomen Expoſitorum ſervetur, quod in ſchedula, ut ſolet, appenſa collo eorum notatum fuerit, & ipſius ſchedulæ verba in librum Baptizatorum fidelitèr deferantur, & deſcribantur pariter omnia ſigna, cum quibus reperti fuerunt.

XVI. Adultis nemo ex Parochis Sacrum Baptiſma minſtrare audeat Nobis inconſultis, excepto mortis articulo, cum id ad Nos principalitèr attineat. *Rit. Rom.*

XVII. Obſtetricis munus exercere nulli fœminę liceat, niſi facta per Parochum in ſcriptis facultate, quam ille nullo modo concedat, niſi prævio examine, & ſi opus fuerit inſtructione ad validè conferendum Sacrum Baptiſma, quotiès neceſſitas urgeat, juxtà ea, quæ pro documento omnium in ſecunda parte deſcribentur. Eaſdem verò Obſtetrices, quamvis ad id munus approbatas, aliquando Parochi convocent, & inſtructiores reddere ſatagant. *Synod. Dioceſ. 1685. Tit. de Sac. Bapt. §. 7.*

XVIII. Inſuper eas, imò cœteras fœminas, quæ ut plurimùm Parturientibus miniſtrare ſolent, admoneant, ut ſi quando aliquam in parturiendo ita laborantem animadvertant, ut fœtui antequàm integrè naſcatur periculum mortis probabilitèr immineat, ubi primùm aliquod membrum illius vitalem motum habens ex matris utero exiiſſe conſpexerint, illud aqua perfundant, & nullo nomine impoſito baptizent dicendo: *Io ti battezzo in nome del Padre, e del Figliolo, e dello Spirito Santo.* *D. Thomas in 4. diſt. 6. q. 1. art. 1. ad 3.*

XIX. Si autem in partu mulier obierit, hoc fieri admonebit, ut ſcilicet uterus ejus aperiatur, indèque fœtus educatur, ſi vivit, & illicò baptizetur, dum tamen mortis ejus timor rationabiliter inſurgat; id verò ſemper magna cum cautione fiat, nempè ut is vivus ex utero matris extrahatur, & tunc in primis cum Mater verè mortua fuerit, ideòque conſulant Medicum, & Chirurgum: imò & Nos pariter conſulant, ſi id commodè fieri poſſit ne pro ſalute filii mater occidatur.

XX. Inſinuent omnibus ut cum in propria Domo Prægnantem viderint, Deum aſſiduè precentur, ut partus incolumis in lucem ædatur, dignuſque fiat ut Gratiam Baptiſmatis recipiat, & ne ſine Sacramento Salutis decedat.

Si

XXI. Si monſtrum humanum Baptiſmo offeratur, cautè conſiderandum eſt, antequàm baptizetur, an una perſona ſit, an verò duæ; inſuper an maſculus ſit potiùs quàm Fœmina. Quòd ſi corpore ejus benè inſpecto, dubium adhùc ſit an ſint duo, utpotè quia duo quidem capita habeat, vel duo pectora, ſed non benè diſtincta, tunc unus abſolutè, & ſimplicitèr baptizetur, alter verò ſub conditione dicendo: *Si es capax Baptiſmatis, nec baptizatus es, ego te baptizo &c.* Si verò quia duo capita, pectora duo, aut etiam corpora ferè per totum diſtincta in monſtro appareant, & eſſe duos homines perſpicuum fuerit, tunc ſimplicitèr erunt ſinguli baptizandi, ſeorſim tamen unus ab alio, & ſi mortis periculum inſtet, numerò plurali baptizentur, nempè: *Ego vos baptizo &c.* Si dènique unum tantùm caput habeat, tanquam unus baptizetur, etiamſi alia membra geminata, multiplicataque habeat. Monſtrum verò, quod hominis ſpeciem non præſefert, non baptizetur, maximè inconſulto Medico, multòque magis Epiſcopo, dum commodè fieri poſſit.

Ex Rit. Rom.

XXII. In Baptiſmate ſolemni non admittantur pluſquam duo Patrini, Vir ſcilicèt, & mulier. Ad hoc autem munus aſſumi prohibemus publica infamia notatos, in noſtræ Sanctæ Fidei rudimentis ignaros, inconfeſſos, & Sacra Communione in Paſchate proximo minimè refectos, pueros, qui decimumquartum, & puellas, quæ duodecimum ætatis ſuæ annum non compleverint, omneſque Sacro Chriſmate minimè perunctos, & ſignatos; Denique ſine noſtra licentia nec Regulares, nec Clericos in Sacris conſtitutos.

Syno. Diœceſ. flor. de Bapt. c. 5. Trid. ſeſſ. 24. de reformat. c. 2.

Concil. Colonien. 3. cap. 2.

XXIII. Porrò, ut ii, qui ad Patrini munus eliguntur, intelligant ad id perfunctoriè non aſſumi, Parochi Plebem ſuam erudiant, ut quiſque ſciat, Patrinos Fidei, & morum Infantis, quem ſuſcipiunt aliquo modo cuſtodiam ſpondere: Inſuper cum Baptizato, ejuſque Patre, & Matre contrahere Spiritualem Cognationem impedientem, & dirimentem Matrimonium, quæ tamen Cognatio ex inſtituto Eccleſiæ memoratos gradus non excedit, & proindè nullum Cognationis vinculum neque inter ſuſcipientium coniuges, & ſuſceptum, neque inter ipſos Patrinos ad invicem intercedere, ut falſò eos arbitrari ſatis liquet ex illo uſu, vel potiùs abuſu ſe invicem vocandi Compatres; Ex quo intelligere poſſumus quanta cum negligentia, fortè ex Parochorum incuria, Patrini partes tractentur, cum veri effectus hujuſmodi officii ab eis pœnitùs ignorentur.

Capit. Vos autem diſt. 4. de Conſecrat.

Trid. ſeſſ. 24. de Reform. c. 2.

B. Piut V. Conſtit. 14. Cum illius vicem.

Con-

XXIV. Conficiant Parochi librum benè compactum, & cum paginis numeratis, in quo nomen Baptizati, utriuſque Parentis, & Patrinorum accuratè deſcribant notando diem, menſem, & annum, non quidem numeralibus notis, ſed literis, & ſyllabis, juxtà formam in quarta parte deſcribendam, ut occurratur fraudibus. Et quia in Viſitatione reperimus magnam in hac re negligentiam, & ſumma animi Noſtri moleſtia conſpeximus in libris quibuſdam integras paginas vacuas relictas [ut credimus] ad notandum Baptiſmata retroactis temporibus collata, quæ deindè lapſu memoriæ à Parochis minimè deſcripta fuere, ideò ut huic maximo errori provideamus, in virtute Sanctæ Obedientiæ injungimus, quod non differatur à Parocho, vel alio quocumque Sacerdote baptizante adnotatio prædicta, ſed fiat antequàm parvulus baptizatus, illumque deferentes ab Eccleſia diſcedant. Quòd ſi hoc non obſtante alicujus baptizati nomen regiſtrare neglexerint, ad arbitrium mulctabuntur, multòque magis ſi præfatum librum non confecerint, vel culpabiliter amiſerint. *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 2.*

XXV. Ut autem mala, quæ non obſtantibus pœnis ſuprà præſcriptis ex hujuſmodi librorum jactura, vel chartarum laceratione, & abſciſſione oriri poſſunt, quantum poſſibile eſt, evitentur, Parochis diſtrictè jubemus, dummodò Fonte Baptiſmali gaudeant, quòd dum in principio anni de more edocent Curiam noſtram de ſatisfactione onerum Miſſarum, tranſmittant paritèr notulam manu ſua ſcriptam, vel ſaltem ſubſcriptam, omnium, & ſingulorum anno elapſo Baptizatorum ex ſuo libro deſumptam, & in Cancellaria noſtra ad cuſtodiam reponendam. Verùm Cancellariis noſtris omninò prohibemus, quòd dum Originalia penès Parochos extabunt, fides, ſeù atteſtationes nullo modo extrahant, & concedant, etiam ſine pecuniæ emolumento.

XXVI. Cumque Nobis innotuerit irrepſiſſe abuſum, quo plerùmque deferuntur parvuli ad ſuſcipiendum Baptiſma non ſolùm extrà propriam Plebaniam, ſed etiam extrà noſtram Diœceſim, unde plurima ſucceſſu temporis poſſunt ſuboriri damna nedum Baptizatis, ſed etiam eorum Familiæ, ideò ut indemnitati Gregis noſtri, quantùm cum Domino poſſumus, proſpiciamus, præcipimus, ne quis audeat impoſterum mittere dictos infantes

ad

ad Baptiſma ſuſcipiendum, nedum extrà Diœceſim, ſed nec extrà propriam Plebaniam; Contrafacientes impunes certè non relinquemus, & cæterorum inobedientiam etiam per Cenſuras, ſi opus fuerit, reprimere conabimur. Et quia æquum eſt ut Populorum commoditati conſulamus, ideò curabimus conſtrui, & erigi Fontes baptiſmales in aliis Eccleſiis, proùt neceſſitas poſtulabit, intrà duos menſes à publicatione Synodi, a quo tempore ſolùm hoc Decretum habere vim volumus, & declaramus. Interìm autem ne quiſpiam ignorantiam allegare poſſit, Parochorum erit hoc idem Decretum ad notitiam omnium demandare.

XXVII. Non omittant iidem Parochi admonere Parentes, & Nutrices, ne infantem ante annum completum in proprio lecto retineant ſine repagulo, ne in periculum incidant ſuffocationis.

Conc. Mediol. 4. de Baptiſmo,

XXVIII. Quamvis purificatio poſt emiſſam prolé non ſit actus neceſſitatis, ſed puræ devotionis, attamen imitari B. M. V. humilitatem Puerperæ non erubeſcant. Ideoque pro edita felicitèr prole gratias reddituræ ad Eccleſiam ſe conferant, in qua, non verò in privatis domibus, hanc ſacram functionem Parochi obeant, excluſis aliis Sacerdotibus, niſi licentiam à Parochis obtinuerint.

Conc. Mediolan. 1. 6. Ultimo de Baptiſ.

CAP. VI.

De Sacramento Confirmationis.

I. QUia vix renatis Fonte Baptiſmatis colluctatio eſt adverſus carnem, & ſanguinem, nec minùs adverſus Principes, & Poteſtates tenebrarum, ideò Chriſtus Dominus tanquàm Spirituales Athletas nos Sacro Chriſmate inungi, mandavit, ut ſuperni roboris unctione perfuſi ad pugnam (heù nimis periculoſam!) præmuniremur. Neque enim Aquis Baptiſmatis, quibus orignalis culpæ maculas abſterſit, iram Diaboli, fomitemque in membris noſtris ardentem extinxit, imò inerrabili conſilio ſuo reliquit illum in nobis, voluitque militiam eſſe vitam noſtram in Terris, ut tremendo Crucis charactere in fronte ſignati Adverſario noſtro reſiſteremus fortes in Fide, & tandem Gloriam,

Ad Epheſ. 6. 12.

Job. 7. 1.

1. Petr. 5. 9.

riam, & Coronam consequemur, qui priùs Gratiam consecuti fuissemus ad luctam. Ut igitur id fœlicitèr obtineant Fideles, quod Christus Dominus in institutione hujus saluberrimi Sacramenti misericorditèr intendit, quæ sequuntur observanda decernimus.

II. Invigilent in primis Parochi, ne quis eorum, qui sibi in curam traditi sunt, hoc Sacramentum suscipere negligat, proindèque tempore Visitationis Episcopalis super hoc diligenter inquirant, & quos repererint non Confirmatos, ad hoc Sacramentum desiderandum, & ritè suscipiendum suavitèr alliciant, & fortitèr inducant. *Syn. Diœc. 1700. tit. de Confirm.*

III. Verùm ne tanquàm otiosa quædam Ecclesiæ ceremonia præfatum Sacramentum à Populo reputetur, aliquibus diebus antequàm per Nos administrandum erit, designatum tempus sacræ actionis denuncient, & inter Missarum solemnia de excellentia, & efficacia illius Populum commonefaciant. Doceant in primis ab Adultis præmittendam esse Confessionem Sacramentalem. Explicent quid sit Character, qui in Anima imprimitur, undè Sacramentum hoc minimè reiterari potest. Admoneant de Cognatione Spirituali impediente, & dirimente Matrimonium, quæ eadem est, ac in Sacramento Baptismi. *Trid. sess. 24. c. 2. de ref. c. 2. Catechism. Rom. p. 2. c. 3.*

IV. Qui ignorant Mysteria Fidei, & septennio minores nullo modo offerantur ad Sacrum Chrisma recipiendum, quod è contra post duodecimum annum sine culpabili negligentia differri nequit. *Cap. Ut ieiunii dist. 5. de Consecr., & ibi glossa 2.*

V. Hæsitans an hoc Sacramentum receperit, non accedat ad illud suscipiendum, nisi priùs dubium rationabilitèr deposuerit; Quòd si illud vincere nequeat, Nos, vel prudentem Confessarium consulat. *DD. com.*

VI. Cancellarius, & in absentia illius, aliquis probatæ fidei Sacerdos Episcopo confirmanti præeundo schedulas Confirmandorum colligat, & recognoscat, & non approbet nisi fuerint tenoris sequentis.

N. N. d' età d' anni ..... figlio, ò figlia di N. N. Consorti della Parochia N. della Diocesi di N., domanda d' esser cresimato, ed è ideoneo.

Padrino, e Padrina sarà N.N., & hà i requisiti. Questo dì ..... del Mese di ....., Anno ....

Io N. Paroco di .....

VII. Has autem ſchedulas Cancellarius, vel qui ejus vice illas collegit, ſtatim, actione peracta, tradet Parocho, in cujus Eccleſia hoc Sacramentum adminiſtrari contigerit. Hic autem intrà decem dies ex iiſdem ſchedulis tranſcribet in librum bene compactum Nomina, & Cognomina Confirmatorum, nec non Parentum, & Patrinorum, exprimendo diem, menſem, & annum, in quibus per Epiſcopum Confirmatio peracta fuerit; Quòd ſi (ut ſolet) ex finitimis Parœciis illùc ad ſuſcipiendum hoc Sacramentum aliqui convenerint, eorum nomina, & Cognomina per ſuas queque Parochias eodem in libro diſtinguentur, ex quo deindè authenticum, & fidele ervat exemplum omnium ſuorum Parochianorum Chriſmate ſignatorum, illudque cum nota Baptizatorum in fine cujuſlibet anni ad Curiam noſtram tranſmittet. Similia exemplaria Confirmatorum ex alienis Parœciis deſumet, quæ paritèr intrà menſem ad proprios reſpectivè Parochos pervenire curabit. Qui quidem ſi Noſtræ Diœceſis fuerint, illa in ſuum quiſque librum paritèr intrà decem dies, ut ſuprà præſcriptum eſt, referet, & in anni termino ad Curiam noſtram illud exemplar tranſmittet; Quæ omnia, & ſingula ſub pœnis arbitrio noſtro præcipimus obſervari.

Rit. Rom.

VIII. Ad evitandas confuſiones advertant Parochi, ne plura Confirmandorum nomina in una, eademque ſchedula adnotent.

IX. Unicus ſit in Confirmatione Patrinus, ſeù Patrina, quo munere non fungantur ſuprà excluſi pro Baptiſmate, inſupèr Pater, & Mater, Maritus, aut Uxor, Frater, ſeù Soror; Satis enim hos natura ipſa conjunxit.

Barboſ. de off. & Proteſt. Epiſc. allegat. 30. n. 52.

X. Eodem die nemo pluſquàm duos ſine noſtra licentia ſuſcipiat, ne ſcilicèt Spiritualis Cognationis vincula, quæ eadem ſunt ac in Baptiſmo, & ſuſcipientium erga ſuſceptos onera nimis extendantur.

Synod. Provinc. Flor. cit. de Conf.

XI. Non ſolùm Confirmandi, ſed etiam Patrini deponant arma. Fœminæ verò veſtitu, ornatuque modeſto accedant.

Bellar. lib. 2. de Confir. c. 13.

XII. Curent Parochi ne victa illa, quà frons inuncta ligatur in prophanos uſus convertatur, ſed comburatur.

XIII. Hortamur Parochos, ut ſuperpelliceo, & ſtola induti, Cruce præcedente Populum ſuum ad hoc Sacramentum recipiendum euntem aſſociare non dedignentur, devotas preces re-

ci-

Digitized by Google

citando, ne vanis collocutionibus diſſipent ſpiritum bonum, quo ad hoc Sacramentum accedere neceſſe eſt.

CAP. VII.

De Venerabili Euchariſtiæ Sacramento

I. INter cætera Divini Amoris pignora hominibus à Chriſto Domino data, nullum eſt quod cum Sacratiſſima Euchariſtia poſſit meritò comparari, in quo non ſolùm Gratiam, ſed Semetipſum Vivum, & Verum Deum omnium Gratiarum fontem reliquit, undè meritò nuncupatur: *Miraculorum ab ipſo factorum maximum, & memoria perennis illius, quam in paſſione ſua nobis monſtravit, excellentiſſimæ Charitatis.* Eſt igitùr hoc Sacramentum præ aliis ſanctiſſimè colendum, religioſiſſimè miniſtrandum, & decentiſſimè cuſtodiendum; Quapropter in ſingulis Eccleſiis Parochialibus die, noctuque aſſervari mandamus, ſub pœnis etiam pecuniariis arbitrio noſtro præfigendis; hoc enim per repetita graviſſima Decreta Sacra Congregatio juremeritò ſæpeſæpiùs præcepit.

D. Thomas Opuſc. 57.

Trid. ſeſſ. 13. de Sac. Euch.

Cap 1. de Cuſt. Euchariſt. Conc. Lateranen. 4. ſub Innoc. III. c. 19.

II. Cuſtodiatur in Tabernaculo ſerico panno ſuffulto, extrà verò ſtudiosè elaborato, deaurato, vel ſaltem concinnè depicto, decenti conopęo cooperto, atque obserato clavibus vel argenteis, vel ſaltem deauratis, quas nunquàm in Tabernaculo Parochus relinquet, ſed in loco tutiſſimo cuſtodiat, ne ad Sacras Hoſtias temeraria manus poſſit extendi.

Act. Eccleſ. Mediol: t. 2 p. 2. tit. quę ad SS. Euchar. pertinent.

III. Collocetur ſuper Altare Majus, niſi ex aliqua rationabili cauſa in alio honorifico Templi Sacello meliùs retineri Parocho viſum fuerit. Emineat ſuper illud Altare Baldachinum, quod nedùm Tabernaculum, verùm & Altare ipſum contegat, & à pulvere, ſordibuſque cuſtodiat.

Plura Sacr. Cong. Decreta refert Creſpin. de Viſitat. par. 2 §. 2. n. 13. Conc. Mediolanen. 2 p. 2. de Sac. Euch.

IV. Cum Chriſtus Dominus, qui verè, & realitèr ſub Speciebus Sacramentalibus perſeverat, ſit vera illa Lux quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum, æquum eſt ut coram eo unum ſaltèm lumen ſemper colluceat in ſignum ardentiſſimi amoris, quo Fideles eundem Chriſtum Dominum hujus Sacramenti Auctorem proſequi obſtringuntur. Igitur quilibet Parochus teneatur ante illius Altare retinere lampadem nocte, dieque

que ardentem, sub pœna quatuor aureorum, monentes quòd dicto jurato Delatoris unico Teste adhibito stabimus, nisi probitas, & diligentia Parochi aliàs Nobis satis perspecta moveat Nos ad credendum id non ex illius avaritia, vel desidia, sed merè casualitèr evenisse. Quòd si Ecclesiæ redditus sint adeò exigui, ut hujusmodi onus aliquis Parochus sustinere nequeat, Nos consulat, & prout de Jure fuerit, opportunè providere curabimus.

Trid. Sess. 13. c. 6.

V. In sacra Pyxide semper asserventur Particulæ Consecratæ, quæ pro Fidelium, maximè verò infirmorum Communione satis esse possint. Eas æstivo tempore statim post octodies, post quindecim verò in hyeme renovent.

Synod. Provinc. Flor. supra cit. Rubric. de Euch.

VI. Cum Sacrum Viaticum ægrotis deferendum erit, in primis Parochus illius Domesticos moneat, ut omnia decenti decore, & munditia in domo sua præparari studeant. Mox speciali quodam modo campana pulsetur, ut Populus datum signum intelligens ad comitandum Sacramentum concurrat. Præmittat ad domum Infirmi, vel secum deferre faciat Altariolum cum parvulis candelabris, ut in Ægroti cubiculo possit Sacramentum decentèr collocari, & ad majorem erga Sacratissimum Christi Corpus reverentiam desideramus à Parochis provideri linteum album in medio cujus depictum sit Nomen JESU splendoribus circùmdatum, quod quidem extendi curent super lectum Infirmi, maximè si pauper fuerit.

Conc. Mediolan. 2. decreto 11. de Euch.

VII. Quando Sacramentum non erit deferendum nimis extrà Civitatem, Terras, & Oppida, Parochi plures Particulas deferant, ut cum aliquibus illarum ad Ecclesiam processionalitèr redire possint, & Populo benedicere. Qua occasione annunciabunt Indulgentias annorum quinque, totidèmque quadragenarum, quas associando Sacratissimam Eucharistiam lucrati erunt, & tunc Infirmum eorum orationibus commendent, ut Deus vel temporalem vitam, vel æternam Gloriam illi impartiri dignetur.

Martin. V. Const. 12. Ineffabile Sacram. §. 2.

VIII. Rurales verò Parochi unam, vel plures Particulas pro Ægrotantium communicandorum numero tantummodò deferre poterunt; Quo casu antequàm Infirmum communicent Populo benedicant, & reliqua superiùs præscripta exequantur.

IX. Monemus, imò strictè præcipimus quòd Societas Sacratissimi Corporis Christi juxtà modum in secunda parte insinuandum in omnibus Parœciis instituatur, cujus sit associare Venera-

bi-

bile Sacramentum quotiès extrà Ecclesiam deferri necesse fuerit, & sciant ex Pauli Papæ V. Decreto dictam Societatem Auctoritate Ordinarii erectam ipso Jure esse unitam Archiconfraternitati Sanctissimi Sacramenti existenti Romæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ suprà Minervam, ideòque participem esse omnium Indulgentiarum, & Privilegiorum memoratæ Archiconfraternitati concessorum.

Breve Pauli V. incipit Cum certas.

Sac. Congr. Indulg. de die 15. Feb. 1608.

X. Si longè eundum sit ad communicandum Infirmum, vel semitæ nimiùm cœnosæ sint, vel pluvia de Cœlo defluat, Parochus uti poterit veste breviori, semper tamen cum superpelliceo, & Stola, nec non capite aperto. Si verò iter breve fuerit, itaùt non excedat tertiam milliarii partem, & serenus sit aer, & dies lucescat, tunc veste talari omninò utatur sub pœnis, & quidem gravibus ad arbitrium.

XI. Nisi urgeat aliqua gravis necessitas, præcipuè in nocte, deferentes Baldachinum, sive Umbellam, nec non intorticia, aliaque lumina circumcircà VenerabileSacramentum, saccum, seù vestem Societatis induant. Et extrà prædictum necessitatis casum, nunquàm deferatur Infirmis Sacrosanctum Viaticum, nisi præcedant, & comitentur illud lumina ad minus octo, sive intorticia sint, sivæ candelæ laternis incluſæ.

Synod. Provinc. Flor. sup. citat. rub. sup. d.

XII. Comitantes Sacrum Viaticum procedendo recitent alternàtim cum Parocho Psalmos, si ad id fuerint idonei, sin minùs Coronam Domini, vel Rosarium B.V. Cum autem perventum fuerit ad domum Ægroti, sistant antè ostium, ibique genuflexi recitent pro eo ejusdem B.V. Litanias, vel alias preces, donec Parochus redeat cum Sacramento, quod iterùm devotè comitentur ad eandem Ecclesiam, à qua discesserunt.

Cath. Roman. Decretum Innoc. XII. relat. a Solimeno.

XIII. Quicumque obvii fuerint Sacerdoti deferenti Eucharistiam protinùs ab Equo, seu Curru descendant, & flexis genibus illam adorantes persistant, donec saltèm pertransierit, si aliquo urgenti negocio sint occupati, sin minùs pia veneratione Sacramentum comitentur nedùm ad Ægroti habitaculum, verùm & ad Ecclesiam.

XIV. Ad devotum, & frequentem tanti Sacramenti cultum, & usum, Populum suum adhortari Parochi non omittant, & ad explicandum ejusdem uberrimos fructus Cathechismo Romano utantur. Studeant ergo in primis, ut præter Communionem Pascha-

Trid. sess. 13. cap. 7.

Cone. Colonien. 2. p. 7 c. 19. Leo. X. Conſt. 40. Exurge. C. Omnis homo diſt. 2. de Conſecrat. Pſal. 101. 5

chalem ab Eccleſia injunctam, quater ſaltem in anno, videlicèt in Natale Domini, in Pentecoſte, in Aſſumptione Deiparæ, & in feſto Omnium Sanctorum ad ſacra hæc Myſteria utriuſque ſexus Fideles accedere non prætermittant, ne cogantur ſe ipſos reprehendere, dicendo: *Arvit cor meum intra me, quia oblitus ſum comedere Panem meum*. Quod utique experiuntur infœlices illi, qui voluptatibus carnis dediti, vel ſæcularibus negociis plus æquo implicati ſuperſubſtantialem hunc Panem omne delectamentum in ſe habentem vix ſemel in anno guſtare merentur.

Trid. ſeſ. 21. c. 4.

XV. Et quoniam ad hoc plurimùm confert quòd Juvenes ab adoleſcentia ſua Pani huic Cœleſti aſſueſcant, curabunt nedùm Parochi, ſed etiam Ludimagiſtri ut ii, qui ſcholas frequentant, quique jam ad Sacram Menſam admiſſi fuerunt, hoc Cœleſti Pabulo ſemel in Menſe ſe devotè reficiant.

Trid. ſeſ. 21. c. 4. de Com. ſub utraq. ſpecie. D. Thomas 3. p. q. 80. art. 9. Catechiſm. Ro. de Sac. Euch. n. 56 Trid. c. 7. ſeſ. 13. de Sac. Euch.

XVI. Verùm ne quis temerè, & non benè diſpoſitus ad hanc Angelorum Menſam accedat, & ſumendo Chriſti Corpus judicium ſibi manducet, ad Communionem prima vice ſumendam nemo admittatur niſi à Parochis per menſem anteà de tanti Sacramenti excellentia, atque infinita virtute fuerit edoctus juxtà methodum in ſecunda parte tradendam, ſciatque, & rectè dignoſcat quid ſub ſpeciebus Sacramentalibus traditur, & quæ, quantaque Animæ, & Corporis diſpoſitio requiratur ad Sacrum Chriſti Corpus dignè recipiendum. De quibus etiam neceſſe erit, ut iidem Parochi interdùm, maximè verò ante Sacratiſſimum Reſurrectionis Paſcha, univerſum Populum ſuum inſtruant. Quòd ſi hoc non obſtante aliquę ex fœminis virginali candore, aut maritali pudicitia deſpectis, nimis ornatæ, aut pectore nudo, ſeù velaminibus quibuſdam nuditate ipſa ferè deterioribus cooperto, ad Angelorum Menſam accedere præſumpſerint, ſemel, & iterùm à Parocho, vel Confeſſario moneantur, & quatenùs non reſipiſcant, reputentur incapaces Abſolutionis Sacramentalis, & ut tales ab hac Menſa Novæ Legis repellantur; Super quo Parochorum, & Confeſſariorum Conſcientiam ſtrictiſſimè oneramus.

D. Carolus act. p. 4. de Sacr. Euch. Edict. Innoc. XI. die 30. Novembr. 1683.

D. Carolus Act. p. 4. de Sacr. Euch

XVII. Inſupèr præſtantiſſima hujus Sacramenti dignitas poſtulat, ut interdùm Conjugatos cautè, & modeſtiſſimè moneant, ne ad hanc Menſam, in qua ſumitur ille, qui paſcitur inter Lilia, audeant accedere, niſi per aliquot dies à concubitu uxorum abſti-

abstinuerint, exemplo Davidis, qui Panes propositionis à Sacerdote susceperturus, se, suosque Pueros ab uxorum consuetudine puros per tres anteà dies professus est; Undè Divus Hieronymus super hoc factum ait: *Si Panes propositionis ab iis, qui uxores tetigerant comedi non poterant, quantò magis ille Panis, qui de Cœlo descendit, non potest ab eis, qui conjugalibus paulò ante bæsere complexibus, contingi!* Et hoc quidem in antiquo Canone decernitur apertissimè, dum dicitur quòd omnis homo ante Sacram Communionem à propria uxore abstinere debet tribus, aut quatuor, aut etiam octo diebus: Ex quo cæteri, qui uxorem non habent, argumentari poterunt, quamnam puritatem hoc Sacramentum in eis exigat.

I. Regum. 21. 1. & sequent.

Super Evangel. Math. & Epist. 50. ad Pammachium.

C. Tribus 25. dist. 2. de Consecr.

XVIII. Cautè procedant Animarum Pastores, & Directores in admittendo Pœnitentes quotidiè ad hanc Sacram Refectionem, & hoc illis tantùm concedant, in quibus per diuturnam probationem talem dispositionem repererint, qualem requirit Sacra Congregatio Interprætum Sac. Conc. Trid. in suo Decreto super hac re edito, & in tertia parte apponendo.

Dec. Sac. Cong. per Sanctissimū approb. de die 12. feb. 1679.

XIX. Eandem cautionem adhibeant in approbando eos, qui frequentèr ad Sacram Comunionem accedunt, nulla per plures dies præmissa Confessione Sacramentali, prætextu Conscientiæ de peccato mortali non remordentis. Hos enim potiùs excitent ad frequentandum pœnitentiæ Sacramentum, quia teste Divo Joanne Apostolo: *Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & Veritas in nobis non est;* Præterquamquòd Justi confitendo venialia, vel mortalia jam expiata consequuntur Cœlestis Gratiæ incrementum, quod pro viribus quisque appetere debet, juxtà illud: *non verearis usque ad mortem justificari.*

Decretum superius citat. & approbat. ab Innoc. XI.

I. Joannis 1.

Ecclesiast. 18.

XX. Porrò cum Panis Angelicus non sit tradendus Canibus, omninò deneganda est hæc spiritualis Refectio publicè, & notoriè delinquentibus, nempè Concubinariis, Meretricibus, Lenonibus, Blasphemis, Usurariis, Conjugibus absque judicio Ecclesiæ seorsìm viventibus, & iis similibus. Verùm ne propter hujusmodi denegationem scandalum in Populo oriatur, Parochus sub initio Quadragesimæ præmittat admonitionem, ut detur illis ad resipiscendum congruum temporis spatium, apertisque verbis eis insinuet, imò jubeat ne audeant in die Paschatis ad circulum pro Sacra Eucharistia suscipienda accedere, nisi priùs exhibuerint Testi-

Triden. sess. 24. C. 8. de Ref. D. Th. 3. p. q. 8. a. 6 Conc. Cart. 3. c. 35.

ſtimonium Confeſſarii de vera eorum reſipiſcentia, & inſupèr clarè pateat omnibus de illorum vera Pœnitentia, per quam non mereantur à Chriſti Convivio arceri.

C. Utriuſq. Sexus de Pœnitentia. Eugenius IV. Conſt. 20. incip. Fide digna: Rit. Rom. in fine.

XXI. Ut ſemel ſaltèm ſingulis annis Oves à ſuis reſpectivè Paſtoribus cognoſcantur, omnes in Paſchate Sacram Euchariſtiam juxtà Eccleſiæ præceptum in propria Parochia recipiant. Hac de cauſa omnibus dicto ſacro tempore communicantibus Parochi tradant ſchedulam, in qua vel Eccleſiæ, vel ipſius Parochi Symbolum aliquod ſit expreſſum cum numero currentis anni, quas quidem ſchedulas deindè poſt Octavam Paſchæ repetant, ut dignoſcere poſſint inobedientes. Hos autem poſt reiteratam admonitionem contumaces ad Nos deferant, ut eorumdem ſaluti æternæ providere poſſimus.

C. placuit 21. quæſt. 2. Con. Med. 3. in Dec. de Euch.

XXII. Qui autem tunc temporis à propria Parochia etiam juſta de cauſa abfuerint, cum primùm redierint, de peracta alibi Communione clarum Documentum Parocho exhibeant. Cui quidem Documento an fides ſit adhibenda nec ne, penſatis perſonarum qualitatibus pro Prudentia ſua, atque Conſcientia Parochus ipſe judicabit. Si verò Documentum hujuſmodi non attulerint, Dominica proximiori, prævia Confeſſione Sacramentali, Euchariſticum Panem à proprio Parocho recipiant, aliàs agatur cum eis tanquàm ſi præceptum Eccleſiaſticum minimè obſervaſſent.

Con. Arauſ. 2. c. 14.

XXIII. Perpetua amentia laborantibus hoc Sacramentum denegetur, non tamen ſemifatuis, ideſt imperfectum rationis uſum habentibus, nec non mutis, & ſurdis à Nativitate, dummodò appareat quòd Cæleſtem illum Panem adorant, inſupèr quòd moralis timor non ſit alicujus irreverentiæ, & deniquè quòd prudenti judicio Parochi ſint capaces abſolutionis Sacramentalis.

Cerem. Ep. de Miſſa. ſ. 5. in Cœna D.

XXIV. Feria quinta in Cœna Domini omnes Canonici, Preſbyteri, atque Clerici in quibuſcumque Eccleſiis exiſtentes inter Miſſarum ſolemnia unà ſimul communicent, iis tantùm exceptis, qui ex debito juxtà Eccleſiæ præſcriptum, & permiſſum Sacrum peregerint.

Deciſ. Sac. Cong. Epiſ. 15. Junii 1619.

XXV. Feriâ ſexta in Paraſceve etiamſi in ea Feſtum Sanctiſſimæ Annunciationis Deiparæ occurrat, neminem communicare licebit, unicè exceptis infirmis Sacro Viatico indigentibus.

Ad

XXVI. Ad infirmos, carceribuſque detentos deferatur Panis Angelicus, vel in ſecunda, vel in tertia feſtiva die Paſchatis.

XXVII. Quàmvis concedamus Communionem adminiſtrari per Sacerdotem ad quodcumque Altare celebrantem, & Particulis in Miſſa conſecratis, & in Patena poſitis, ſi Communicandi ſint in exiguo numero, nempè tres, aut quatuor ad ſummùm, id tamen vetamus, ſi plures fuerint, cum ſine periculo Particulæ plures in Patena contineri nequeant. *Poſſe vin. de Com.*

XXVIII. Quia feria quinta majoris hebdomadæ, qua die hoc admirabile Sacramentum à Chriſto Servatore noſtro ſcimus fuiſſe inſtitutum, Eccleſia in Dominicæ Paſſionis commemoratione occupatur, meritò Urbanus Papa IV. Solemnitatem Corporis Chriſti in feriam quintam poſt Octavam Pentecoſtes, nonniſi ex rationabili motivo tranſtulit. Curabunt ergo Parochi ea die feſtum prædictum devotiſſimè, & quam maximà pompa à ſuis Populis celebrari. *Urban. IV. Bulla 1. incip.* Transiturus.

XXIX. In Civitate, Terris, majoribuſque Oppidis agendum erit, ut Sacratiſſima Hoſtia per totam ejuſdem feſti Octavam certis horis, nempè dùm Officia Divina, præſertim verò Veſperę, & Matutinum recitantur, publicæ venerationi exponatur, & ut Populus fidelis ad eam adorandam frequens concurrat, Indulgentias à Sancta Sede conceſſas inter Miſſarum ſolemnia eadem die Sacratiſſimi Corporis Chriſti publicare Parochi non omittant. *Martin. V. Conſtit. 12. §. 2. Eugen. IV. Con. 6. §. 2.*

XXX. Cœterùm ejuſdem Sacratiſſimæ Euchariſtiæ publicam expoſitionem etiam in Eccleſiis Regularium, niſi de licentia noſtra in ſcriptis habenda, fieri prohibemus, ſub gravi mulcta arbitrio noſtro incurrenda. Expoſitio autem prædicta non fiat niſi ab ortu ſolis uſquè ad occaſum illius, & omninò obſervetur Decretum fœlic. record. Urbani Papæ VIII., ut ſaltèm decem & octo lumina ex cera alba ſemper coram Sacramento colluceant. *Sac. cong. Ep. & Reg. de die 10. Decemb. 1602. & de die 27. Maj 1603.*

XXXI. Talitèr autem collocetur Sacrata Hoſtia ſuper Altare ut quantùm fieri poteſt Sacerdos illam deponens, ſuper ejuſdem Altaris Menſam aſcendere non cogatur: Dedecet enim, Aram, in qua puriſſimum Chriſti Corpus collocandum eſt, immundo hominis pede calcari. Et ne detur caſus quòd Venerandum Sacramentum ſit expoſitum, & nullus illud adoret, præcipimus quòd ſemper vel ſaltem illis horis, in quibus frequens non eſt in Eccleſia Populus, Sacerdotes ſuperpelliceo amicti, vel Clerici, vel etiam *Synod. Diœceſ. anno 1650. tit. de Euchar. c. 1.*

Laici, sacco tamen alicujus Sodalitatis induti, genuflexi coràm ipso orent. Qui in præmissis defecerint pœnis ad arbitrium punientur.

XXXII. Si aliquando privata aliqua causa, maximè pro Infirmis erit exponendum, id fiat, vel in Ostensorio velato, vel (quod melùs erit) in Pyxide ad apertum Tabernaculi Ostium, quo casu sex candelæ ex cera alba ad minùs super Altare colluceant; Duodecim verò si in Ostensorio velato Sacra Hostia fuerit exposita.

S. Cong. Ep. die 10. Decemb. 1602

XXXIII. Dum Sacratissima Eucharistia super Altare majus publica expositione fuerit collocata, & in Choro, vel propè ipsum Altare psallendum sit, meminerint omnes Chorales non licere nequè caput cooperire, nequè sedere, nisi gravis senii, vel infirmitatis causa excuset; Undè ad summùm per ceremoniarum Magistrum permittendum erit ut sedeant, dum lectiones Nocturnorum leguntur, capite tamen aperto.

Castaldus in praxi Cerem. lib. 3. Sect. 10. c. 2. nu. 4. Su. l. 2 sec. 3. c. 8.

XXXIV. Nullus sine superpelliceo, si sit Ecclesiasticus, etiam Regularis, vel sine sacco Confraternitatis, si Laicus quidquàm agere audeat circà Altare, in quo Sacra Hostia publica veneratione colitur, aliàs non erit impunis.

Syn. Diœc. 1685. tit. de Euchar. §. 12.

XXXV. Cum post publicam expositionem Sacramentum reponendum erit, semper sonitu Campanarum convocetur Populus, & præmissis consuetis precibus per Sacerdotes, & Clericos assistentes cantetur integer Hymnus: *Pange lingua &c.*, si expositio fuerit solemnis, & thurificetur juxtà ritum Venerabile Sacramentum, coràm quo tunc à Sacerdote non uno tantùm, sed ambobus genibus flectendum est, & dènique cum illo antequàm reponatur Populo benedicatur.

Piscar. in Praxi Cerem. lib. 3. sect. 10. c. 2 n. 2.

CAP. VIII.

De Sacrificio Missæ

I. INter humanas actiones nulla præclarior, nulla sanctior Missæ Sacrificio, in quo Sacerdotes ex hominibus assumpti offerunt Deo placabilem Hostiam, nempè eundem Christum Dominum, verum æterni Patris Filium, qui in Ara Crucis se ipsum pro Nobis obtulit, idcircò diligènter attendant quo sint insigniti honore, & quali Mensa fruantur, ne Lupi aliquandò fiant

Hebreor. 5. 6.

fiant Agnum comedentes; Quàre omni negligentia, irreverentia, atque avaritiæ suspicione procùl ablegata, majori quo poterunt Religionis cultu, summa mentis elevatione, atque eximiæ Pietatis studio celebrare nitantur *D. Cryſol. Hom. 60. ad Pop. Antio.*

II. In primis autem Parochi, Confessarii, Concionatores, atque Ludimagistri, omnesque alii, quos Animarum cura tangit, fideles adolescentes interdùm doceant modum rectè, & utilitèr audiendi Sacrum, explicando ejus ceremonias, & ritus. Singulari conatu studeant eorum animos tàm sanctę, & excellentissimæ actioni devotos reddere. Quod ut faciliùs assequantur, in festo Sancti Laurentii Martyris, Parochi publicè explicent Populis omnia illà, quæ de Sacrificio Missæ in secunda parte invenerint annotata. *Trid. c. 8. Seſſ. 22. de Sac. Miſſ.*

III. Cum Sacerdotes sacros Missæ ritus optimè callere debeant, præcipua diligentia adhibenda est, ut Presbyteratu recentèr initiati in iis sint perfectissimè instructi. Propterea nemo eorum primum Sacrum facere audeat absque licentia nostra in scriptis, nunquam obtinenda, nisi de eorundem idoneitate, atque peritia præcesserit attestatio unius saltem ex Magistris ad hoc specialiter deputatis. Hæc autem licentia, si ultrà duos menses ab ejus impetratione celebrare distulerint novelli Sacerdotes, eis minimè suffragabitur, & ad novum examen subeundum cogentur. Diaconi quoquè, & Subdiaconi ad propria respectivè ministeria prima vice gerenda sine præfata attestatioe non accedant sub pœnis arbitrio nostro infligendis. *Trid. Seſſ. & Cap. ſupra cit. Et in Cap. Eccleſiaſti. carum in fine diſt. 11.*

IV. Item Presbyteros omnes, quos purissimos esse oportet, seriò monemus, quòd sæpè, vel semel saltem in hebdomada peccata sua, licèt venialia, confiteantur. Avertat Deus, ut aliquàndo ad Altare accedant cum conscientia peccati læthalis, proinde attentè recogitent quàm rigidus futurus sit contra eos supremus ille Judex, quem in suomet pretiosissimo Corpore, & Sanguine audacia tanta, atque temeritate, prorsùs ipsi Dœmoni horrenda, offendisse contigerit. *Trid. Seſſ. 22. de Sac. Miſſę. Decret. de obſer. & evitan. in Sac. Miſſę.*

V. Caveant insupèr ne sola Spe Mercedis Missas celebrent, nam ex doctrina Divi Thomæ peccarent, & quidem mortalitèr. An verò ex hac præcipua intentione Missæ Sacrificium offerant, viderint ii Sacerdotes, qui dum ægrotant non tantùm per plures dies, vel hebdomadas, sed interdùm per plures menses à Sacra *Opuſc. 1. de off. Sacerdotis p. 1.*

Eucharistia jejunant, cum tamen recuperata valetudine nec unam prætermittant diem, qua ad Altare non accedant.

VI. Prætereà juxtà Rubricas Matutino, & Laudibus recitatis, antequàm celebrent per aliquod saltem breve tempus se colligant, & piæ meditationi incumbant, postmodum orationes præparatorias ad Missam genuflexi devotè perlegant. Dum sacris vestibus induuntur, eas reverentèr accipiant, & accuratè corpori aptent, recitando insimul preces ad singula indumenta præscriptas. Ad Altare non progrediantur, nisi priùs accuratè Missam perlegerint ut Indulgentiam quadraginta dierum lucrentur, & singulas ejusdem Missæ partes in Missali annotaverint, ne dùm celebrant vel errare, vel hærere contingat, & astanti Populo Divina Mysteria contemptibilia reddant. Sacris vestibus induti silentium servent, quà de causa absint à Sacrario clamores, & inanes confabulationes nec in eo alii sermones habeantur quàm Sacri Ministerii necessitas postulaverit. Antequam è Sacrario egrediantur, Hostiam mundam absterfis fragmentis, & proximæ corruptioni non obnoxiam super Patena collocent. Accedant ad Altare, recedantque ab eo cooperto capite Bireto Presbyterali, erecto corpore, demissis oculis, & incessu gravi. Pileolum verò nunquam in Altari deponant.

C. 1. de Celebr. Miss.

Acta Eccle Mediolan. Conc. Prov. 1. tit. quæ pertinent ad Celeb. miss.

VII. Sacrificium peragant devotè, & distinctè, non tamen nimis alta voce; Quæ verò secretè dicenda sunt submissè recitent, atque ita vocis, actionisque gravitatem moderentur, ut nec brevitatis studio mutilando verba, & ritus, nimiùm properent, nec importuna prolixitate Populum tædio afficiant, sedulò caventes, ne protrahant Sacrificium ultrà semihoram, nec angustiùs quadrante cum dimidio contrahant.

Acta Mediolan. Eccles. supra cit.

VIII. Omnes inferiores Episcopo Sacerdotes sciant sibi non licere pro Missa, Divinisque Officiis celebrandis sacerdotalia indumenta de Altari sumere, cumid strictè vetitum sit per Decretum Sacræ Congregationis Rituum. Quapropter qui alitèr facere præsumpserit pœnam duorum Scutorum, prout in Synodo fœl. record. Alexandri de Strozzis Prædecessoris Nostri præscriptum fuit, subibit, eamdemque pœnam incurrent, ultra cæteras per Decreta Apostolica inflictas, qui celebrando anulum retinebunt, etiamsi ratione Dignitatis, vel Doctoratus, privilegio illum deferendi gaudeant, vel Pileolum, aut Capillitium ad Altare deferre

De die 7. Junii 1622.

ausi

auſi fuerint, etiam pretextu ſanitatis ſine ſpeciali Sanctæ Sedis diſpenſatione.

IX. Quoniam irrepſit abuſus, quo nonnulli Sacerdotes nimiùm tabachum appetentes, dum Angeli ſtant juxtà Aram Templi tenentes Thuribulum aureum in manibus, ipſi ante eandem Aram vel ex ore, vel ex naribus malè olere, imò Sacra Corporalia, in quibus puriſſimum Chriſti Corpus reponitur, fœdatæ non erubeſcunt; Nos Summorum Pontificum, plurimorumque Epiſcoporum exemplo adducti, utique etiam per Cœnſuras hujuſmodi abuſum coercere poſſemus; Verùm quia eximia eſt Sacerdotum noſtrorum docilitas, ad præfatum vitium compeſcendum, & extirpandum, ſatis, ſuperque futurum credimus, ſi tantummòdo admoneantur, ſicuti de facto ſeriò illos monemus quod ante Sacrificium Miſſæ Deo ſacrificent exiguam illam narium ſuarum voluptatem, & omninò abſtineant (quod utique volentibus non erit inpoſſibile) à prædicti tabachi ſumptione; quæ quidèm abſtinentia apprimè neceſſaria cenſetur, nedum ad jejunium naturale accuratiſſimè obſervandum, verùm ad debitam tanto Sacrificio, Altarique Dei reverentiam exhibendam. *Alex. VII. ſpecialiter pro Baſilica Vaticana. Synodus Æſina an. 1683. tit. 13. Derthonen. anno 1687. & alia plures.*

X. Non audeant accedere ad Altare celebraturi, niſi adſit qui illis inſerviat, excluſis omninò fœminis, non tamen Monialibus, dummodò adſit in Eccleſia ex virili ſexu aliquis, qui pro Sacrificio neceſſaria miniſtret, aliòquin volumus, & declaramus Eccleſiam illam eſſe illicò interdictam, & Celebrantem obnoxium pœnæ trium ducatorum de Camera. *Conc. Mediolanen. 1 p. 2. tit. quæ pertinent ad Celebr. Miſſa.*

XI. In Eccleſiis Monialium, & Regularium Capellanis, imò etiam cæteris Sacerdotibus licet Miſſas celebrare de Sanctis propriis dictorum Ordinum, non tamen recitandæ ſunt illæ, quæ unicè pro illarum Religionum Profeſſis à Sancta Sede conceſſæ fuerunt, ſed & quæ extant in miſſali Romano, vel propriæ, ſi adſint, vel de communi, & quæ à Clero Sæculari recitantur uſque dum alitèr per Sac. Rituum Congregationem concedatur. *Sac. Cong. Ep. & reg. 9. Novem. 1619.*

XII. Antè Auroram, excepta Nocte Nativ. Domini., vel poſt meridiem celebrare juxtà Apoſtolicas Sanctiones omninò prohibemus, niſi ſuffragetur aliquod ſpeciale Sanctæ Sedis Indultum, vel præciſa populi præcipuè Ruralis neceſſitas. Parochi autem ea potiſſimùm hora celebrent, quæ commodior Populo erit. In Collegiatis verò eo ordine diſtribuantur Miſſæ, ut non omnes ſimul *C. noſt. diſt. 1. de Conſecr. Trid. c. 1. ſeſſ. 23. de ref. Cõc. Mediol. 1. c. de Miſſa B. Pius V. Conſt. 4.*

mul, sed congruis intervallis celebrentur, & Populi devotioni simul, & commoditati consulatur; Quòd ad exemplum cœterarum Ecclesiarum in nostra Cathedrali diligentissimè observari mandamus.

XIII. In quibuslibet Diœcesis nostræ Ecclesiis alienigenæ Sacerdotes ad celebrandum non admittantur absque nostra licentia sub pœna suspensionis, quam ipso facto incurrent, qui ipsos receperint celebraturos, juxtà præscriptum in Synodo de anno 1685. per Michaelem Carolum Cortigiani olìm hujus Ecclesiæ dignissimum Antistitem. Quod tamen Decretum minimè valere intendimus quòad Sacerdotes benè notos, etiamsi neque licentiam nostram, nequè literas testimoniales sui Sacerdotii deferant.

Trid. sess. 22. de Sacrif. Missæ decret. de obs. in sacr. Missa, & c. 16. sess. 23 De ref. Sac. Conc. Conc. 29. Novem. 1670.

XIV. Omnibus, & singulis Ecclesiis cœteriscque Locis piis, quocumque nomine nucupentur omninò prohibemus acceptare legata, quibus annexa sunt onera Missarum sine licentia nostra sub pœna nullitatis actus, aliisque arbitrio nostro. Ad Nos enim spectat dijudicare, an hujusmodi legata utilia sint potiùs Ecclesiæ quàm onerosa.

Dec. Urban. VIII. cum sæpe. Decreta plurima S. Cong. Rit. ref. in 3. p.

XV. Feria quinta, & Sabbato majoris hebdomadæ in Ecclesiis una tantummodò Missa celebretur; Nulla verò in Oratoriis, & Confraternitatibus Laicorum. Hoc enim quò ad Sabbatum Sanctum cautum est expresso Sacræ rituum Congregationis Decreto de die 11. Februarii 1690. Quò verò ad feriam quintam majorem extat universalis consuetudo Ecclesiæ.

DD. apud Barb. de Parochp. 2 c. 11. n. 49.

XVI. Monemus omnes Sacerdotes, qui pro Sacro faciendo à Fidelibus Eleemosynas accipiunt, ne Animas suas læthalitèr vulnerent, seque restitutioni obnoxios reddant. Et quia plurima circà hæc sancita fuerunt à fœl. record. Urbano Papa VIII., & nuper ad Innocentio XII., ideò supervacaneum ducimus illa eadem hic recensere, sed præcipimus servari adamussìm, quæ in Bulla præfati Innocentii (in qua Bulla anterior Urbani VIII. descripta est) continentur sub pœnis in ea præscriptis; Et ne ignorantia illius ulli suffragari possit; de verbo ad verbum in tertia parte describetur.

XVII. Rector Beneficii, cui in fundatione non est impositum ullum onus celebrandi, saltem in festo Sancti Titularis ejusdem Beneficii, vel celebret, vel celebrare faciat.

Sac. Cong. Conc. die 5. Julii 1654.

XVIII.

XVIII. Semper applicetur Missa pro Anima Testatoris, vel Fundatoris, quando certò constat de celebrandi onere licèt in Legato, vel fundatione specialitèr, & expressè non sit facta mentio de tali applicatione, dummodò tamen in eis non sit oppositum, nempè dicatur Cappellanum non teneri ad applicandum pro fundatore. *Decreta Cong. cum Breve Alexand. VII.*

XIX. Servetur institutum à Prædecessore nostro piè admodùm introductum, videlicèt quòd in cujuslibet Ecclesiæ Sacristia sit liber benè compositus, & ligatus, in quo omnia onera missarum in illis Ecclesiis celebrandarum annotentur, teneanturque Sacerdotes, ad quos incumbit eas celebrandi onus, proprio charactere tòties quòties testari se Sacrum feciſſe pro adimplendo onere sui Beneficii, seù pro Anima pii Testatoris. Qui verò Sacerdos eo die, quo tenetur ut suprà celebrare, pro alio celebravit, nec per alium oneri suo satisfecit, & nihilominùs impiè mentiendo scripserit, vel scribi fecerit in libro prædicto se onus suum adimpleviſſe; Volumus, & intendimus, quòd non possit facere suam eleemosynam, quam sic celebrando acquisivit, sed teneatur illam pauperibus distribuere. Super quo oneramus coram Deo ejus Conscientiam, & caveat, ne contra sordidum suum lucrum purgantes Animæ ante Tribunal æterni Judicis reclament. Ne verò communicemus peccatis eorum, qui comedunt Sacrificia mortuorum, omnibus Juris remediis compellemus detrectantes ad satisfactiones missarum, & piorum Legatorum. Contumaces verò graviſſimè puniemus, nisi probetur legitima dilationis causa. *Sac. Cong. Concilii 13 Nov. 1663.* *Barbos. p. 2. de potest. Episcop. al. 24. n. 35.* *Ator. p. 2. lib. 6. c. 24.* *Palud. p. 2. tract. 13. disp. 2. p. 6. n. 28.*

XX. Quilibet Parochus habeat in Sacristia, vel Ecclesia, si Sacristia desit, Tabellam in qua diligenter descripta sint omnia Missarum onera, quæ in sua Ecclesia celebrari debent; In ea notent nomina, & Cognomina eorum, qui ad illa tenentur. Copiam verò dictæ Tabellæ ad nostram Cancellariam intra tres menses à die publicationis Synodi mittant. Transgressores duobus aureis punientur, & nihilominùs dictam Tabellam conficere, & copiam transmittere tenebuntur. *Trid. in decret. de Obser. & evit. in celebr. Missæ sess. 22.*

XXI. In fine cujuslibet anni omnes Parochi, Rectoresque Ecclesiarum, Beneficiorum, & Confraternitatum transmittant ad Curiam nostram Libros Missarum vulgò Vacchette, & doceant de adimplemento onerum sibi impositorum sub pœna sex aureorum.

XXII. Verùm quia non solum Celebrantes, sed & ministrantes

tes, illisque in ministerio Altaris inservientes oportet esse bene in-
C. Ut quisque de Vit. & hon. cler. structos quantùm ad ea, quæ eorum muneris sunt, ideò Clerici, qui Ecclesiarum servitio sunt destinati, modesti in primis sint, diligentes atque devoti, Sacerdotibus, dum vestes sacras induunt, vel exuunt, assistant, eisdemque Sacrum facientibus superpelliceo induti saltem Dominicis, festisque diebus inserviant, & intelligibilitèr, atque integrè, non mussitantèr, & dimidiatè [ut̀ solent] respondeant. De hoc enim in culpa principaliori plerumque sunt Sacerdotes, qui sacra verba sine ullo Pietatis sensu, sed ita cursìm, & diminutè pronunciant, ut inservientes aptè respondere nequeant, & ita pravam respondendi consuetudinem in eis ingerunt. Qua de causa Parochis, & Sacerdotibus, qui Doctrinam Christanam edocent strictissimè præcipimus, quòd juvenes de recto inserviendi Missæ modo diligenter erudiant, eorumque errores quotiès compererint paterna charitate, atque etiam, si opus fuerit, severitate reprehendant, quousque illos emendatos conspiciant.

Conc. Turonen. relatè in Can. C. 1. de vita & honest. Cler. C. Apostolica dist. 1. de cons. c. Sacerdos 30. XXIII. Siquis dum Sacrum agitur se locaverit super Altaris gradibus, etiamsi ibi genuflexus, & devotus permaneat, per eum, qui Sacrosanctę Missæ inseruit, qua decet humanitate admoneatur, ut ab illo loco sibi incompetenti recedat, illumque relinquat Angelis stantibus, ut solent, in circuitu Mensæ Domini.

Trid. de observan. & evitan. in sac. Missa sess. 22. XXIV. Et quia, sicuti in Visitatione reperimus, non desunt Sacerdotes etiam non rurales, qui celebrando utuntur nedùm Sacris vestibus, sed etiam Calicibus fractis, & ferè consumptis, ac sordidis, ut nauseam Celebranti moveant, ideò iteràm monemus, iterùmque præcipimus, ne illis ullo modo utantur. Quod si adhuc contumaces fuerint gravissima pœna ad libitum nostrum irremissibiliter mulctabimus. Nolumus enim quòd de Ecclesiis Diœcesis nostræ juremeritò repeti possint grauissima illa verba, quæ olìm non atramento, sed lacrymis scripta reliquit Ugo de Sancto Victore: *Scipbus* [ait] *Calice prætiosior, Equus missali carior, Cappa pulchrior Casula, Camisia delicatior quàm Alba, & quod horribile est, mundiora sunt fœmoralia, quàm Corporalia.*

Ugo à S. Victore.

CAP.

CAP. IX.

De Sacramento Pœnitentiæ.

I. ADmiranda prorsus est,& laudabilis in sæcula Servatoris nostri Clementia, qui figmentum nostrum cognoscens condolendo iis, qui ignorant, & errant, Portas Cœli, quas nobis per mortem suam aperuit,& peccatum sæpè sæpiùs iterum nobis obtrudit,arbitrio nostro reserari posse voluit,dum illarum Claves Petro, & successoribus tradidit, instituendo saluberrimum Pœnitentiæ Sacramentum, quod proinde est, & dicitur lapsis post Baptismum in naufragio peccatorum unica tabula, & necessaria criminum medela. Enitendum est igitur quàm diligentissimè ut hoc Sacramentum, & ritè administretur, & dignè suscipiatur; Si enim contrarium accidat, quæ spes consequendæ salutis æternæ supererit? Certè ægroti vita desperanda est si in venenum medicina vertatur; ideòque pii, ac prudentes Viri magis quàm peccata timere solent pravas hominum Confessiones, & plures Sancti dicere, imò ueriùs deplorare consueverunt, magnam Christianorum partem damnari ex pravo usu Confessionis Sacramentalis, & utinam id etiam ex parte Confessariorum non eveniret. Neque enim frustrà Christus Dominus dixit: *Cæcus autem si Cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt*, ideſt in damnationem æternam. Hinc S Augustinus ait. *Terret non solùm Cæcum ducentem, sed & Cæcum sequentem: Neque enim ait: Cadit in foveam ducens, & non cadit sequens, sed Cæcus Cæcum ducens, ambo in foveam cadunt*, hoc est, tàm Confessarius ignarus, quàm pœnitens, qui ab eo dirigitur; Certè liquet experientia, quòd in populis plurima vel aluntur, vel saltem non extirpantur peccata propter Confessariorum minus diligens Ministerium.

Psal. 102. 13. *Ad Hebr.* 5. 2. *Matth.* 16 19. *Matth.* 15 *D. Aug. to.* 9. *lib. de Pastoribus. c.* 10.

II. In primis ergo necesse est ut Confessarius summa animi innocentia accedat ad hoc Sacramentum administrandum; nullo curiositatis motu adductus, sed Animarum zelo excitatus. In Confessionali ad Confessiones Sacramentales recipiendas non assideat, nisi habitu indutus ad præscriptum Sacræ Congregationis, nempè Regularis eo, quem in Choro gestare solet; Sæcu-

Trid. c. 6. *Sess.* 24. *de Sac. Pœn.*

cularis verò Sacerdos ſuperpelliceo, & ſtola amictus, ac Bireto Eccleſiaſtico coopertus Judicis Perſonam referens. A qua regula exceptio datur, quando præſertim diebus ferialibns extrà propriam Eccleſiam Confeſſariis unum, vel alterum Pœnitentem, maximè ex Sacerdotibus, veluti ex accidente audire cõtingat.

III. In recipiendis Confeſſionibus nullam habeat Perſonarum acceptionem: impatientiæ, vel admirationis ſigna numquàm exhibeat, ſed benignitatem, verumque æternę ſalutis amorem pœnitentibus oſtendat. Vacillantes confirmet, tepentes inflammet, rudes inſtruat. Caveat ne ſcrupulos iniiciat, ſed potiùs aſpera in vias planas convertat. Maximè autem ſit cautus, dum interrogat vel Puellas, vel Adoleſcentes quò ad ſextum Domini præceptum, ne etiam involuntariè peccata doceat, dum cohibere ſtudet; Quæ, & plura alia addiſcere poterit ex formula, quæ pro Confeſſariis in ſecunda parte apponetur.

Conc. Med. 5. & 6.

D. Carolus in Inſtruct. Confeſſ.

IV. In Pœnitentiis injungendis advertat, ne connivendo, & indulgentiùs quàm par eſt agendo pro delictis graviſſimis leviſſima onera imponat; & ita ſe aliorum criminum participem efficiat, ut Sac. Conc. Trident. admonet. Studeat ergò Confeſſarius pro qualitate criminum, pœnitentium vigore, & facultate, eorumque dolore inſpectis congruas pœnitentias imponere. Quę omnia certè pręſtabit, dum meminerit ſatisfactiones pro peccatis non tantùm ad novæ vitæ cuſtodiam, & infirmitatis medicamentum, ſed etiam ad præteritorum criminum vindictam, & punitionem eſſe debere.

Trid. ſeſſ. 14. c. 3. & 9.

V. Et quamvis ob refrigeſcentem Fidelium Charitatem Canonum Pœnitentialium rigor remiſſus, multùmque relaxatus in Eccleſia Chriſti reperiatur, poterit tamen Confeſſarius antiquam illam Eccleſiæ diſciplinam Reis graviorum criminum ob oculos ponere, ut videntes benigniùs ſecum agi, quam merentur, libenter, & promptè jejunia ad domandam carnis concupiſcentiam, eleemoſynas ad continendam avaritiam, preces, & orationes pro inimicis ad refrenandam iram non modo cum injunguntur, ſed ultrò etiam, & ſpontè amplectantur.

D. Carolus act. p. 4.

1. Joannis 2. 16.

VI. Quamobrem Confeſſarius ſcire debet Canones Pœnitentiales, quia licèt poſſit, & debeat eos prudentia ſua moderari, ſpectata pœnitentis Contritione, ejuſdemque habita ratione, aliarumque circumſtantiarum, præfatos tamen Canones quantùm po-

D. Carolus ubi ſup.

poterit, & expediens esse judicaverit, observare conabitur; Qua de causa in secunda parte compendium eorum ad institutionem Confessariorum apponi curabimus.

VII. Verùm, ut Confessarii agnoscant quàm necessarius sibi sit pro iniungendis congruis pœnitentiis eximius salutis æternæ Animarum Zelus, audiant quæ non atramento, sed lacrymis scripta reliquit D. Cyprianus contra Confessarios nimiùm connivientes. Agnovit enim præfatam Confessariorum facilitatem absolvendi peccatores, non impositis pro gravitate criminum pœnitentiis convenientibus, persecutionem esse, quæ Fidelibus Christi plusquàm crudelitas tyrannorum nocet: *Emersit enim* [ait] *fratres dilectissimi novum genus cladis, & quasi parùm persecutionis procella sævierit, accessit ad cumulum sub misericordiæ titulo malum fallens, & blanda pernicies. Contra Evangelii vigorem, contra Domini, ac Dei Legem temeritate quorumdam laxatur incautis Communicatio irrita, & falsa pax periculosa dantibus, & nihil accipientibus profutura. Non quærunt sanitatis patientiam, nec veram de satisfactione medicinam; Pœnitentia de peccatoribus excluſa est, gravissimi, extremique delicti memoria sublata est; Operiuntur morientium vulnera, & plaga lætbalis altis, & profundis visceribus infixa, dissimulato dolore contegitur. Hæc sunt hujusmodi lapsis, quod grando frugibus, quod turbidum Sydus arboribus, quod armentis pestilens vastitas, quod navigiis sæva tempestas. Solatium æternæ spei adimunt, arbores à radice subvertunt, sermone morbido ad lætbale contagium serpunt; Navim ad scopulos, ne in Portum perveniat, illidunt.* D. Cyprian. serm. 5. de Lapsis

VIII. At non solùm Zelus in Confessariis requiritur, sed etiam & multò magis Prudentia, quæ Zelum aliquandò moderetur, ne indiscretus evadat; Itaque ex una parte pœnitentias non ita leves iniungat, ut Pœnitentes alliciat ad faciliùs peccandum; neque ex altera parte tàm graves, vel diuturnas imponat, ut vel eas acceptare nequeant, vel acceptantes plenè, perfectèque adimplere non possint. C. quem pœnitet dist. 1. de pœnit. D. Carolus act. p. 4 sup. cit.

IX. Verùm quia ultrà Probitatem, Zelum, atque Prudentiam requiritur in Confessario quàm maximè etiam scientia, ideò hoc munere in Diœcesi nostra nemo fungatur qui prævio examine non fuerit approbatus per literas patentes (nisi sit Parochus) præfixo tempore renovandas, & confirmandas. Trid. c. 6. sess. 14. de sac. Pœniten.

X. Quamvis Parochi circà Oves suas tantummodò Jurisdictionem

Ex. Trid. seſſ. 23. Can. 15. nem habeant ordinariam, ad majorem tamen Populi noſtri commoditatem, volumus quod Parochi Civitatis, atquè Præpoſituræ in omnibus Eccleſiis, tàm Civitatis, quàm Diœceſis; Reliqui verò Parochi non in Civitate, ſed in Diœceſi tota etiam ſibi non ſubditos poſſint abſolvere (dummodò Parochus quiſque in Eccleſia ſua non repugnet, aut Nobis quò ad aliquem ex illis juſtis de cauſis alitèr viſum fuerit) cujus rei gratia neceſſariam illis delegamus Juriſdictionem.

D. Carolus act. p. 2. in 11. Synodo. Syn. Diœceſ. de anno 1690.

XI. Caveant ergo etiam alii Sacerdotes ad Confeſſiones Sacras approbati illas audire in Eccleſiis, ſivè etiam Oratoriis ſine licentia Parochi, cujus eſt Eccleſia, vel Oratorium, vel ſine permiſſione Superioris, ſi Eccleſia ſit Regularium, nam contrafacientes facultate audiendi dictas Confeſſiones ad arbitrium noſtrum privabimus.

Clemens X. in Bulla incip. Superna.

XII. Extranei verò, etiamſi olim in noſtra Diœceſi Parochi fuerint, niſi facultatem iterùm in ſcriptis à Nobis acceptam oſtenderint, non permittantur. Sacramentales Confeſſiones auſcultare.

Ex Trid. c. 7 ſeſſ. 14. de Pœnit.

XIII. Ut autem à Sacerdotibus noſtris in hoc adminiſtrando Sacramento omnis Avaritiæ etiam ſuſpicio, quæ Fideles maximè offendere ſolet, longiſſimè propulſetur, in actu Confeſſionis, & in Sede confeſſionali nulla cujuſvis generis munera nec poſtulent, nec etiam ſpontè oblata acceptent.

Acta. Med. Eccl.

XIV. In pœnitentiis iniungendis hoc ſummoperè obſervent, ut pecuniarum largitiones, pro perſonarum qualitate dumtàxat imponant, & quòties iniungendas judicaverint, ſtrictè prohibemus, ne ſibi, ſuiſque, nec etiam Eccleſiæ ſuæ, Domuive applicare jubeant, aut ſtudeant.

XV. Quòd ſi aliquando Pœnitentes, ut proprio honori conſulant, velint per Confeſſarium fieri reſtitutionem, præcipimus in primis, quòd quantùm fieri poteſt, pecuniam extra Sedem confeſſionalem recipiat, & deindè ab illis, quibus pecunia, vel res quæcumque reſtituetur, quietantiam accipiat, ſine nomine tamen reſtituentis, ne ſigillum Sacramentalis Confeſſionis frangatur, ſed cum expreſſione, quòd reſtitutio fit à tali Sacerdote de mandato uniùs pœnitentis, eamque reſtituenti oſtendat; quòd ut ſimilitèr fiat abſque ſecreti violatione, Confeſſarii in actu Sacramentalis Confeſſionis, dum onus recipiunt reſtituendi petant

li-

licentiam oſtendendi quietantiam, etiam extrà actum Confeſſionis: quia non ſolùm cum aliis, ſed nequè cum ipſo Pœnitente poteſt Confeſſarius extrà Confeſſionem loqui de peccatis ejus, niſi priùs ad loquendum veniam petierit.

XVI In Domibus, Manſionibuſque privatis unicè permittimus recipi Confeſſiones Sacerdotum, cum hac tamen conditione quòd Confeſſarii ibi non expectent quaſi inſervientes pœnitentis Sacerdotis commoditati; Si enim id non ex accidenti, ſed data opera evenerit, volumus, & declaramus præfatum Confeſſarium pro illa vice privatum facultate recipiendi ibidem Confeſſionem, adeòque Confeſſio, ſi fiat, nulla prorſus erit. Nimis enim dedecet ſervi officium præſtari ab iis qui perſonam Judicis, viceſque Domini Jeſu in Miniſterio altiſſimo gerunt; ideoque potiùs quàm expèctent, convenit ut expectentur, & cum advenerint magna cum reverentia, & humilitate recipiantur. *Synod. Dioeceſ. de anno 1650. tit. de Pœn. c. 5. & de anno 1685. eod. tit. §. 111.*

XVII. Sæcularium igitur, tàm Virorum, quàm Mulierum cujuſvis gradus, & conditionis, niſi incaſu infirmitatis, Confeſſiones auſcultare in eorundem Domo, atque manſione ſub pœna nullitatis Confeſſionis omninò prohibemus.

XVIII. Si ad audiendam alicujus Infirmi Confeſſionem Sacerdos advocetur, præcipimus ſub pœna amiſſionis præfatæ facultatis ad arbitrium noſtrum ipſo facto incurrenda, ut vel cedulam teſtimonialem receptæ Confeſſionis in Ægroti Domo relinquat, vel eadem die fidem de audita illius Confeſſione Parocho ejuſdem decumbentis faciat oretenùs, ad hoc, ut quatenùs opus fuerit poſſit illi reliqua Sacramenta opportuno tempore miniſtrare. *Bulla Clem. X. incip. ſuperna §. Ad hæc.*

XIX. Caveant Conſanguinei, Affines, & alii quicumque inſervientes, & aſſiſtentes infirmis ne Parochos ad illos accedere, aut apertè vetent, aut callidè impediant, ſub pœna excommunicationis, imò tranſgreſſores hujuſmodi ad Nos, vel Vicarium noſtrum Generalem diligentiſſimè deferantur, ne tantæ impietatis Rei impuniti remaneant.

XX. Fœminæ in ægritudine confitentes ſacramentaliter peccata ſua, non audiantur nequè à Parocho, neque à quocumque alio Sacerdote, ſivè Seculari, ſivè Regulari niſi aperto cubiculi oſtio, adeòut videri poſſint, ſed minimè audiri. *Sac. Cong. Ep., & regul. de die 29. April. 1611.*

XXI. Imò neque in Eccleſiis ullus Confeſſarius audeat recipere Confeſſiones Mulierum ſedens in Sacriſtia, vel in quovis alio ſe-

cre-

Synod. Dioec. supra citat.

creto receptaculo, neque in Confessionali existenti in iisdem Ecclesiis facie ad faciem, & à parte anteriori Confessionali; sed solùm per craticulas ad latera ejusdem Confessionarii sub pœna nullitatis Confessionis, nisi urgentissima unica causa contrarium exigat, nempè instantis improvisæ mortis articulus, quo casu interponatur saltèm vel pileus, vel sudarium. In illis igitur Ecclesiis, sivè Oratoriis, ubi non sunt Sedes Confessionales cum cratibus ad latera positis, non audiantur sub eadem pœna Confessiones fœminarum.

XXII. In magno confluentium Populorum concursu, ubi Sedes Confessionales ad sufficientiam non extant, præparentur saltèm lamina ex stamno perforata, quæ à Confessariis manu sustineri possint, quibus interpositis Virorum tantùm Confessiones possint recipi; Verùm in illo casu maxima cautela adhibenda est ne unus alterius crimina possit audire.

XXIII. Propter hanc causam ad crates omnium Sedium Confessionalium superaddantur ostiola lignea, quibus eædem crates possint de facili claudi, & aperiri, ad evitandum periculum quod, dum unus peccata sua confitetur, alter ex adverso stans possit illa auscultare.

Sac. Cong. Ep. & Regul. in decretis relatis à Cresp. de Visit. p. 2. §. 7. n. 7. & 8.

XXIV. Sedes Confessionales in omnibus Ecclesiis, etiam Regularium non in Capellis obscuris, & locis secretioribus, sed in aperto locentur, ad quorum latera sint supramemoratæ crates ex stamno cum parvulis, spissisque foraminibus. Insupèr ad conspectum Confitentium affigatur imago aliqua sacra, præcipuè verò Jesum Crucifixum, vel ejusdem Passionem exprimens, & insupèr apponatur actus brevis Contritionis ad utilitatem eorundem Confitentium. Qua verò parte Confessarius sedet duo affixa sint, nempè summarium Bullæ in Cœna Domini, & tabella Casuum Nobis reservatorum.

C. omnes utriusq. sexus de pœnit. & remiss.

XXV. Confessarius gnarus pœnarum in Sacris Canonibus contentarum, arctissimum Confessionis sigillum, & inviolabile secretum semper, & ubique custodiat. Quòd si ipsi Pœnitentes quandòque consentiant, ut de auditis in Confessione loqui possit, nihilominùs nonnisi in urgentissimis casibus hujusmodi licentiam acceptet.

XXVI. Meminerint Confessarii Sollicitatas in Confessione non esse absolvendas nisi Sollicitantes denuncient, vel Nobis, vel

vel Hæreticæ Pravitatis Inquiſitoribus, eorumque Vicariis. Et quja experientia compertum eſt plurimos ex Confeſſariis in pœnas contra Sollicitantes incidere, quia ignorant quæ continentur in Bulla Gregorii XV. contra hoc graviſſimum, & iniquiſſimum ſcelus edita, ideò indemnitati eorum conſulentes, præcipimus in virtute Sanctæ Obedientiæ, & quidem ſtrictiſſimè, ut nullus, quamvis à Nobis approbatus audeat Sacramentales Confeſſiones audire, quin priùs attentè totam præfatam Bullam perlegerit. Et ob hanc rem eandem Bullam in tertia parte per extenſum deſcribi curabimus. *Incipit* Dniverſa.

XXVII. Præ cæteris ſciant eſſe denunciandum Confeſſarium, qui in Sacramentali Confeſſione, vel in Sede Confeſſionali, vel immediatè ante, vel immediatè poſt Confeſſionem tradit Pœnitenti chartam domi legendam, qua ad inhoneſta ſollicitat. Neque illi ſuffragatur, quòd eidem Confeſſario confitetur, quaſi ipſe poſſit eam non obligare ad denunciandum. *Decl. Congr. S. Off.*

XXVIII. Noverint etiam teneri mulieres ſollicitatas ad denunciandum etiamſi ſollicitationi conſenſerint, imò etiamſi malum cum ipſo Sollicitante commiſerint; Quo caſu non tenentur proprium conſenſum, propriamque turpitudinem detegere. *Lit. Circul Cong. S. Off. 22. septem. 1624.*

XXIX. Inter cætera, quæ pro recto, atque proficuo hujus Sacramenti uſu ſummoperè deſideramus, hoc eſt quòd Parochi, Animarumq; Directores ſępiſſimè doceant Plebem ſuam modum eliciendi actum verę Contritionis, cujus nonnullas breves formulas in ſecunda parte apponi curabimus ad uſum Populorum quotidianum, ideòque inſinuent, ut etiam extrà Confeſſionem Sacramentalem, & in decurſu diei, in periculis, in principio cujuslibet gravioris actionis, vel longi itineris, maximè verò in principio miſſæ audiendæ eliciant. Sic enim fiet, ut Animæ ad Divina beneficia promerenda meliùs diſponantur, & ſanctiſſima hac conſuetudine informati in caſibus repentinis ſe paratos inveniant ad Dei Gratiam, & peccatorum remiſſionem obtinendam.

XXX. Satagant inſuper antequàm abſolutionem impartiantur, ut Pœnitentes firmum, & ſtabile propoſitum non peccandi de cætero eliciant. Sanè nihil magis opponitur Legi Evangelicæ quàm circulus ille vitioſus, qui modò tàm communis eſt Confeſſionum, ſcilicèt & illicò relapſus in crimina paulò ante confeſſa. *Multi* (inquit D. Auguſtinus) *aſſidue ſe dicunt peccatores, & ta-* *Catechiſ. Rom. part. 2. c. 5.* *Can. pœnit. de Pœnit. diſt. 3.* *In Pſ. 5.*

Psal. 37. *tamen adhuc illos delectat peccare. Professio est non emendatio. Accusatur anima non sanatur. Pronunciatur offensa non tollitur. Pœnitentiam certam non facit nisi odium peccati, & amor Dei. Quando sic pœnites ut tibi amarum sapiat in animo, quod antèà dulce fuit in vita, & quod te priùs oblectabat in corpore ipsum te cruciat in mente, tunc benè ingemiscis.* Quod confirmat D. Isidorus relatus in Can. dicens: *Irrisor est, non Pœnitens, qui adhuc agit quod pœnitet, nec videtur Deum poscere Subditus, sed subsannare superbus.*

1 Can. Irrisor. de Pœnit. dist. 1.

XXXI. Et quia ut plurimùm peccatores illi miserrimi, qui bibunt sicut Aquam iniquitatem obdormiunt in morte, ideò Parochi sæpè exaggerando in communi hujusmodi perditorum hominum miseriam, eos à mortali somno excitare studeant, itaquòd ad resipiscendum ægritudinis molestias, & mortis periculum non expectent. Etenim D. Thomas ex doctrina clarissima D. Augustini sentit, pœnitentiam, quam Infirmus vi morbi oppressus petit, esse quoque ut plurimùm infirmam, timetque meritò, ne quę à moriente petitur, cum eo quoque moriatur, quod probat exemplo Antiochi, & ait: *Dicendum quòd veniam consecuturus fuisset Antiochus, si verè pœnituisset, sed non habuit veram pœnitentiam, quia non ex amore Justitiæ de peccatis commissis dolebat, sed timore pœnæ quam expectabat, vel dolore pœnæ, quam sustinebat, & hoc etiam multis in fine pœnitentibus continget. Et licèt hoc non sit impossibile, quia liberum arbitrium non cogitur ex habitu pravo acquisito, nec misericordiæ Dei potest terminus præfigi, tamen non est facile, sicuti facile est, ut affectus quo homo toto tempore vitæ suæ inclinavit in aliquod, subitò ad contrarium retrahatur.*

4. sent. dist. 20. q. 1. art 1. ad 1.

D. August. sermon. 57. de tempore.

XXXII. Est etiam valdè necessarium admonere Populum, quòd si qui sint, qui erubescant coram Parocho suo tanquam Animarum Pastori peccata propria confiteri, saltèm quærant Confessarium verè doctum, & pium. Experientia enim liquet procliviores peccatores ut plurimùm perquirere ex industria Confessarios minùs doctos, minusquè constantes, à quibus nec reprehensiones, neque molestias timent, sed potiùs juvari sperant ad excusandas excusationes in peccatis. Sciant tamen (& hoc paritèr hujusmodi Confessarii non ignorent) Sacerdotem esse tantùm Judicem delegatum à Deo supremo Judice, & ità non posse agere contrà Delegantis mentem, quæ nobis aperta est in scripturis sanctis, & ideò ait D. Gregorius Papa. *Tunc vera est abso-*

Catbechis. ex Con. Triden. p. 2 de Pœn. n. 73.

S. Theresia cap. 5. vitæ suæ quam ipsa scripsit.

lu-

Iuris Præsidentis, cum æterni arbitrium sequitur Judicis, & ideo caveant, ne eò magis peccatorum vinculis obstringantur, quò magis putant se absolutos.

XXXIII. Studeant ulteriùs excitare Populum ad faciendum id quod ab omnibus Viris, Fœminisque timoratæ Conscientiæ observatum videmus, videlicet ut si non quolibet anno, saltem intrà plurium annorum spatium Confessionem generalem (consulto tamen priùs Parocho, vel proprio Confessario, vel alio quovis Viro pio æquè, ac docto) totius anteactæ vitæ agant, *Hom. 26. in Evang.* ut si aliquandò in præteritis Confessionibus aliquis defectus occurrerit, sive ex malitia, sive ex ignorantia crassa in examine, vel in dolore, sive in proposito emendationis, hac diligentia utilissima corrigatur. Ex hoc enim Anima fidelis se Deo reconciliatam (quantùm humana cernitudo consequi potest) agnoscens, pacé, & tranquillitatē Conscientiæ sibi comparat, qua corroborata & alacta, in posterum peccata abhorrere, & bona opera sectari alacriori spiritu gaudet. Ut autem Confessarii hæc, & plura alia ad ministerium suum probè gerendum necessaria fidelitèr exequantur, sæpè attentè perlegant quæ pro illorum instructione in secunda parte descripta adinvenient.

XXXIV. Monemus Medicos omnes, atque Chirurgos ex Constitutione tertia B. Pii V. teneri intrà tres dies commonefacere Infirmos de Animæ expiatione per Sacramentalem Confessionem facienda, qua non præmissa ulteriorem curam adhibere non poterunt, alioquin gravissimas pœnas incurrent in eadem Constit. expressas, præcipuè verò perpetuæ infamiæ, privationis gradus, & alias ad arbitrium Episcopi. *Bulla 3. incip. super Gregem.*

XXXV. Omnes, & singuli Sacerdotes, tàm Sæculares, quàm Regulares, qui usque modò à Nobis facultatem obtinuere ad Sacras audiendas Confessiones, etiam per literas patentes, sed non prævio examine, utpotè ab aliis approbatos, teneantur intrà duos menses à publicatione Synodi personalitèr coram Nobis comparere, aliàs dictam facultatem illis suspendimus, donec paruerint.

XXXVI. Notum postremò facimus, qualitèr ultima feria sexta cujusvis mensis, dummodò aliquo Festo de præcepto non impediatur, alitèr die immediatè sequenti de manè fiet coràm Nobis examen publicum pro admittendis ad Sacras Confessiones.

CAP. X.

De Casibus Reservatis, eorumque Declaratione.

I. EX vetusta Sacrosanctæ Ecclesiæ consuetudine judicium Sacramentale atrociorum criminum sublimioris Ordinis Sacerdotibus, nempè Prælatis commissum est, ut ex Tridentino docemur, cuius quidem prudentissimæ reservationis motivum, & finis est, ut quodam sancto horrore perterriti nefarii homines ex difficultate impetrandæ veniæ, reddantur minus proclives ad malum, & à recidendo præpediantur. Hinc sicut juremeritò Summi Pontifices pro suprema Potestate, qua gaudent in Universa Ecclesia quasdam graviores peccatorum causas suo speciali judicio reservaverunt; ita Nos, quibus haud dissimilis Potestas in hac Diœcesi competit, Sanctorum Patrum, & Antecessorum nostrorum exempla secuti, ad coercendam pernicioforum hominum licentiam, infranotandos casus absolutioni nostræ reservare statuimus.

Sess 14. de cas. ref. c. 7.

II. Præmittendum tamen existimamus, quòd licèt aliquis ex Confessariis amplissimam à Sancta Sede facultatem consecutus esset, absolvendi scilicèt ab omnibus Casibus, & Censuris Summo Pontifici reservatis, non propterea jus haberet absolvendi ab illis, quorum remissionem reservatam Nobis esse intendimus, nisi Nos hujusmodi Potestatem impertiamur. Quæ prohibitio ligat etiam Regulares, non obstantibus eorumdem privilegiis.

Trid. sess. 14. c. 7.

Con. Clem. X. incipit Superna.

III. Casus autem, quos Nobis reservamus notula, quę sequitur, indicabit.

CA-

CASUS RESERVATI CUM CENSURA,

MAleficium, & superstitio.

II. Inhonesta operatio, vel allocutio &c., cum Monialibus, & Puellis in Monasteriis, & Conservatoriis degentibus.

III. Impia Parentum percussio.

IV. Fraudolenta Constitutio Patrimonii pro Sacris Ordinibus suscipiendis.

V. Confessarii absolventes, vel sui delicti complices, vel retinentes in propria domo fœminam, cum qua olim habuerunt notoriam inhonestam consuetudinem, etiamsi de præsenti eam impudicè minimè cognoscant, in pœnam suspensionis ab audiendis Confessionibus illicò incurrent, & absolutio erit nulla.

SINE CENSURA.

I. NEfaria blasphemandi consuetudo adversus Deum, Beatam Virginem, & Sanctos.

II. Homicidium voluntarium, etiam cum procuratione abortus, quòad omnes in hoc interesse habentes.

III. Suffocatio Infantium.

IV. Bestialitas.

V. Sodomia.

VI. Defloratio Virginis, præcipuè verò Sponsæ post contracta Sponsalia de futuro.

VII. Quæcumque copula in primo, & secundo gradu Consanguinitatis, & in primo Affinitatis, insuper & cum Cognata Spirituali.

VIII. Parochi copula carnalis etiam non consumata cum Parochiana.

IX. Restitutio incerto Domino facienda.

EXPLICATIO RESERVATORUM.

CUM sæpè sæpiùs suprà casibus reservatis suboriantur dubia, quæ Conscientiam Confessariorum exagitant, ideò addimus infrascriptam declarationem, ex qua in re tanti ponderis mens nostra omnibus pateat.

CASUS CUM CENSURA.

Maleficium. Incidunt in hanc reservationem omnes, & singuli, qui maleficium operantur, sivè ad inferendum, sivè ad tollendum morbum cujusvis generis, vel ad excitandum turpem amorem, vel etiam odium, vel ad damnum quodcumque hominibus, vel aliis creaturis V. G. Bovibus, Ovibus, Equis &c. inferendum. Imò hæc reservatio afficit etiam illos, qui, licèt ignorent fabricare hujusmodi maleficia, utuntur tamen illis, quæ alii maleficiarii fabricaverunt, vel ad ligandum, solvendumque in usu Matrimonii, & ad cætera, ut suprà.

II. *Superstitio.* Nempè cum procuratur sanitas, benevolentia Principum, sivè Mulierum, Divitiæ, notitia rerum occultarum, & similia, mediis, neque à Deo, neque à natura institutis, sed omninò improportionatis, & proindè Dæmonis ope.

Item quando aliquis utitur brevibus, amuletis, & chartis, ignotis characteribus, vel sacris verbis, sivè atramento, sivè sanguine conscriptis; Quæ verba sacra ab Ecclesia non sunt, nequè instituta, nequè approbata ad effectus, pro quibus personæ superstitiosæ illis utuntur.

Item cum monetæ baptizatę, & his similia deferuntur, certa eis adhibita fide V. G. evadendi hostes, sistendi sanguinem, morbos, & vulnera vitandi, in ludo vincendi &c.

Et quia hoc accidere potest cum invocatione Dæmonis, & cum abusu Sacramentorum, vel Sacramentalium, ideò addere infrascribenda congruum putamus.

Censetur invocare Dęmonem non solùm qui verbis invocat, quæ invocatio erit expressa; sed etiam qui aliquid facit ex supradictis, vel similibus, & putat illis Dæmonem cooperari, quo casu invocatio Dæmonis erit tacita: semper tamen prohibita, & reservatione affecta.

Ad-

Advertendum verò est, quòd si Dæmon sacrificiis, vel nefariis precibus invocetur simul, & adoretur, spe obtinendi ab eo quæ suprà notata sunt, concurrente credulitate, quòd sit dignus adoratione, in hoc casu, quia consurgeret idolatria, emergeret ex consequenti Hæresis in Bulla Cœnæ reservata.

Nomine autem Sacramentalium intelliguntur Cereæ benedictæ, vulgò Agnus Dei, Candelæ, & Palmæ itidem benedictæ, Sal exorcizatum, Aqua lustralis, sacræ Sanctorum Reliquiæ, eorumque Imagines. Item preces, & verba, quibus Ecclesia utitur in confectione, vel administratione Sacramentorum, & pariter in Sacrificio Missæ.

Poterunt tamen prudentes Confessarii excusare pœnitentes ab hac Reservatione, & Censura, si in iis non seriò, & scienter, sed bona fide, & animi quadam levitate, rudive simplicitate, ac ignorantia, non tamen crassa, & affectata id fecerint. Declaramus verò hanc ignorantiam esse affectatam, & crassam, quando pœnitens semel, vel bis admonitus noluit abstinere, & ideò est interrogandus, an aliquandò admonitus, & reprehensus fuerit.

III. *Inhonesta operatio &c.* Intelliguntur non solùm facta, & dicta, sed etiam scripta, imò & nutus, dummodò excitent ad turpia prohibita in sexto Decalogi præcepto in quacumque specie, & quocumque modo.

VI. *Impia Parentum &c.* Dummodò non sit percussio ex accidenti, sed voluntaria, facta scilicet cum animo lædendi, & tanta, quæ ad peccatum mortale sufficiat.

V. *Fraudulenta constitutio &c.* Intendimus Reservationem cadere, non solùm suprà Constituentes, sed etiam contrà Clericos sibi construi Patrimonia cum fraude consentientes, sivè fraus sit in parte Patrimonii sive in ejus annuo redditu, dummodo effectus sequatur, nempè quis titulo illius Patrimonii Sacris initietur. Et advertatur quòd facultas absolvendi super hoc nunquàm concedetur, neque concessa intelligatur, nisi priùs constituatur verum Patrimonium, vel jam constituto suppleatur quod deest ad legitimam integritatem.

VI. *Confessarii absolventes complices &c.* Intellige tantùm in re venerea, homicidio, & furto gravi, nempè quod sufficiat ad peccatum mortale.

Vel

Veretrimeres &c. Sive fœmina fuerit propria Concubina, vel non, dummodò cum ea pridem quis diù impudicè versatus sit, sive tunc ipsa in illius Domo degaverit, vel non, & de eorum impudico commercio murmur fuerit in Populo. Huic Absolutio nullatenus impertienda erit, nisi priùs vere, & realiter, & non in promissione tantùm fœminam prædictam cujuscumque gratis sit, & turpis, vel deformis evaserit, nec de præsenti eam impudicè cognoscat, non ad tempus, sed perpetuò ejecerit. Ut autem dignoscatur hujus Reservationis, atque Censuræ æquitas, enixè rogamus Parochos & Confessarios omnes, ut seriò recogitent manifestum, nimisque obvium periculum relabendi, si non per se, saltèm cogitatione, in quo hujusmodi fœminas apud se retinentes assiduè versantur: Sedulò insuper pensent scandalum Populi, discordias domesticorum, pravumque filiorum exemplum, & alia hujusmodi mala, & quidem non modica, quæ indè ut plurimùm oriuntur. Qua de re mentò fœl. & Ven: mem. Innocent. Papa XI. an athemate percussit defendere præsumentes licitum esse hujusmodi fœminas retinere, etiamsi servitio Domus valdè pernules.

CASUS SINE CENSURA.

I. NE *faria blasphemandi consuetudo*, Idest ultrà septem vices diverso tempore, & non unico actu, sive blasphemia sit hæreticalis, sive non, dummodò sit *atrox*.

Ad cujus rei intelligentiam sciant Confessarii nomine blasphemiæ hæreticalis eam intelligi, in qua quidquam deliberatè, & directè Fidei contrarium enunciatur, quod potest evenire tripliciter, nempe I: si Deo tribuatur, quod ipsi repugnat, ut cum dicitur: *Deus iniustus crudelis &c.* II Si denegetur quòd illi debetur ut cum dicitur: *Deus non est Omnipotens, meus non timeat. Velit, nolit, hoc faciam*, seu ut vulgò dicitur: *A dispetto de Dio*, quæ nefariæ, & hæreticales sunt, quia potentiam Dei, quæ infinita est, imminuunt. III Si quod unicè Deo convenit, Creaturis, præcipuè verò Dæmoni, tribuatur V G dicendo *Diabolus est Deus. Omnia potest: non vult mihi succurrere Deus, succurrat Diabolus*, & his similes; Quæ omnes cadunt sub Reservatione. Advertant tamen Confessarii, si cum blasphemia hæreticali cumjungatur error intellectus, Calum esse ratione excommunicationis reserva-

tum Papæ, nisi forsan casu dolico annexam esse excommunicationem Pœnitens ignoraverit.

Error non est hæreticalis, quia Articulis Fidei non opponitur saltem directè, neque enunciationem falsam continet contrà Dei veritatem, Sed quia, quod est verum, pronunciatur de Deo malè, imò crebrè, & cum reverentia summa, ideò dicitur *error* quia Auditorum aures offendit.

Hoc autem multipliciter evenire potest, vel per modum imprecationis V.G. *Maledictus Deus* vel optativè, ut si dicatur *Utinam Deus non esset*, sivè per modum contumeliæ, & contemptus V.G. *Ho in tasca Dio di quante mi fà*, vel dum quis turpiter jurat per Jesu Christi, per Beatæ Virginis, Sanctorumque verenda. His accedunt blaphemiæ per modum imprecationis adversùs Deum probatæ V.G. *per Corpus, per Sanguinem, per Crucem Christi per Sacramenta &c.* Quamvis enim tunc non falsum enuncietur, tamen Christum Dominum, Beatam Virginem, & Sanctos gravi contumelia afficiunt, & ideò eorum Absolutio reservatur. Advertatur tamen consultò fuisse appositum *adversùs Deum*. Constat enim non esse propriè blasphemiam, nec affici nostra Reservatione, si in gravi irâ, vel ferventi rixa quis concitatus in præfatas propositiones prorumperet, dummodò indignationis affectu contrà Deum dictas prpposítiones non dirigeret, sed in hominem, seu etiam animalia, & bestias, contrà quas ira accenderetur, & rixaretur. Tunc enim hujusmodi peccata irreligiositatem potiùs quàm blasphemiam redolere censendum est.

II. *Homicidium voluntarium &c.* Hujusmodi est quod fit cum præmeditatione, non verò in primo motu, vel subita, & improvisa rixa in defensionem sui, & suorum; Hanc Reservationem incurrunt non solùm occidentes, sed etiam mandantes, nisi fortè ante commissum homicidium serio revocaverint mandatum, idque innotuerit Mandatario.

Etiam cum procuratione abortus. Incidunt in hunc Casum, & Reservationem, non solùm fœminæ prægnantes, & principales agentes, sed etiã mandantes, consulentes, sivè suadentes, instrumentes, pocula præscribentes, & præparantes, & deferentes, seu quocumque alio modo, vel medio concurrentes, effectu tamen secuto, dummodo scienter, & studiosè causa abortus quocumque modo extiterint,

Ad-

Advertant Confessarii graviùs esse agendum cùm procurantibus abortum, præcipuè fœtus animati, quàm cum puris homicidis ob majorem criminis gravitatem, dum illi nedùm vitam temporalem, sed etiam Baptismum, proindeque vitam æternam beatam innocenti præripiunt.

III. *Quævis suffocatio* &c. Licèt hoc peccatum ad homicidium reducatur, tamen seorsìm apponitur, & reservatur, ut clariùs explicetur. Reservatur ergo, sivè suffocatio sequatur data opera, nempè strangulando, submergendo aquis, vel quocumque alio modo voluntariè perimendo infantulum, sivè id accidat eò quod detentus fuerit parvulus in lecto infra annum sine repagulo; Qua de causa hæc Reservatio non solùm afficia Matres, & Nutrices, sed omnes, & singulas alias personas, sivè fœminæ sint, sivè mares, dummodò præfatæ suffocationis causa extiterint.

IV. *Bestialitas*. Ideſt concubitus venereus cum quacumque re animata, excepto homine, in cujus criminis confessione advertant Sacerdotes non esse necessarium quod pœnitentes explicent speciem animalis, nisi fortè concubitus fuerit cum Dæmone, qui reducitur ad Bestialitatem, & si exerceatur cum errore intellectus est peccatum contra Fidem, & reservatum in Bulla Cœnæ.

V. *Sodomia*, tam activa, quam passiva, etiam non consummata copula.

VI. *Defloratio &c.* Ad incurrendam hanc Reservationem satis erit, si quis claustra Virginis violaverit, quamvis copulam non compleverit; Nec à Reservatione eximet, si defiorata Virgo fuerit Sponsa defiorantis per sponsalia de futuro, quiapotiùs propter hoc speciali titulo hunc Casum reservatum esse Nobis volumus, & intendimus.

Quacunque copula &c. Afficiuntur hac Reservatione nonsolùm, qui copulam habent cum propria Matre, cum filia, vel Sorore, sed etiam cum duabus Sororibus, vel cum Matre, ejusque filia, vel cum fœmina, cum qua copulam habuit ipsius coeuntis Pater, frater, vel filius.

In quibus omnibus suprascriptis Casibus contra sextum Decalogi Præceptum, intendimus Reservationem afficere Viros, seu Masculos non impuberes, non verò fœminas, illis tantùm exceptis que se defiorate permittunt à Sponsis de futuro.

Parochi copula &c. Non indiget explicatione. Verùm qui facol-

cultatem absolvendi ab hoc reservato obtinuerint, sub præcepto Obedientiæ, seriò delinquentem Parochum omni humano respectu postposito admoneant quàm gravitèr Deum offendant, dum Oves sibi ab eodem Deo creditas tanquàm Lupi devorant, & provocant ad peccatum illas, quas ut à culpis compescerent, laborare, insudare, & decertare deberent usquè ad sanguinem, imò usquè ad mortem. Obstringant illos, ut seriò recogitent in quàm gravi æternæ damnationis periculo versarentur fœminæ illæ infœlices, quibus in articulo mortis constitutis assistere deberent illi iidem Parochi, quos paulò ante (quemadmodum justo Dei judicio contingere potest) suorum criminum complices habuerunt. Quo enim dolore, quave compunctione confiteri peccata poterunt Sacerdoti illi iniquissimo eorumdem peccatorum authori? Qua fronte, quo spiritu poterit iste erga reas fœminas munus Parochi exercere, dum non multò anteà cum ea officium Diaboli gesserit? Certè verendum est quàm maximè, ne tunc ope Dæmonis omni conatu moribundis insidiantis, verba etiamsi sanctissima, quæ Parochus proferet, imò & illius simplex aspectus in libidinis excitamenta transeat, ideòque Parochi, ne se, Oveſque sibi commissas tàm evidenti damnationis periculo exponant, ab hoc horrendo crimine se immunes custodiant, vel (quòd Deus avertat) si aliquandò lapsi fuerint, omni studio ad resipiscendum satagant, pro qua re hæc Reservatio facta est.

Præmonemus Parochos, & Confessarios, quòd in notula reservatorum typis danda, sedibusque Confessionalibus affigenda Casus iste non erit, justis de causis per extensum descriptus, sed tantummodò per hęc Verba notatus vid. *VIII. Parochi &c. ut in Synodo*; & id ad ejus reservationem sufficere volumus, intendimus, & declaramus.

Restitutio &c. Sivè res inventæ fuerint pecuniæ, sivè cujusvis alterius generis, vel speciei, dummodò excedant summam, vel pretium unius aurei. Si ergò res, vel pecuniæ inventæ fuerint, & post mensem à die, quo repertæ fuerunt, factis convenientibus diligentiis, ignoretur legitimus Dominus, Nobis tradendæ erunt, erogandæ semper in eleemosynas, & usus pios, habito tamen semper respectu ad personas, quæ dictas res, vel pecunias reperiere, de quo Parochi statìm post publicationem Synodi Populum suum admonere non omittant.

CAP. XI.

De Extrema Unctione.

I. IN extremis vitæ noſtræ momentis, à quibus præcipuè pendet æternitas, deſcendet ad nos inimicus habens iram magnam, & ſciens, quia modicum tempus habet, omnes verſutiæ ſuæ vires ad interitum noſtrum adhibere conabitur, ideòque Clementiſſimus Redemptor noſter quaſi ad luctam nos ungere, & roborare volens, hoc Sacramentum inſtituit, eoque nos tamquàm præſidio firmiſſimo communivit. Quocircà Parochi hujus Sacramenti Virtutem, Naturam, atque utilitatem interdùm Populo explicent, non expectatis extremis vitæ periodis, quando ſcilicèt ut plurimùm ægrotus vix auribus percipere poteſt quæ dicuntur.

Apocalyp. 12. 12. Trid. ſeſſ. 14. de extr. unct.

Igitur in feſto Sancti Joſeph, qui præ cæteris Patronus, & Tutelaris eſſe cenſetur Agonizantium, & in feſto Sancti Thomæ Apoſtoli, Parochus Populum ſuum circà hoc Sacramentum alloquatur, ejuſque ſalutares effectus declaret; qua occaſione præmoneat Medicos de eorum obligatione quò ad infirmos, juxtà Conſtit. B. Pii V. & cæteris de populo ſuo mandet ut ſibi denuncient ægrotos ſtatìm ac in lecto decumbere à morbo cogantur; quod ut commodiùs agere poſſit in ſecunda Parte formulam expreſsè dabimus.

III. Meminerint in primis Animarum Curatores non eſſe concedendum hoc Sacramentum uſu rationis, vel per defectum ætatis, vel ob perpetuum delirium carentibus. Eis verò, qui aliquandò rationis compotes fuerunt, & deindè inſaniere, non erit denegandum, maximè ſi tunc Chriſtianæ Probitatis ſpecimen dederint.

Ex. cap. minor. de Bapti. Conc. cart. 3. c. 4.

IV. Etſi tantummodò gravi morbo laborantibus, & in proximo morituris ſit miniſtrandum, id tamen exequi congruit, dum Infirmus ſenſibus adhuc integris, & uſu rationis pollet; Neque in hoc Parochi indulgeant pernicioſo affectui ſeù veriùs impietati, & crudelitati Conſanguineorum Infirmi, qui ne illi imminentis mortis timorem incutiant, adeò illud differre ſtudent, ut ſæpe vix tempus ſuperſit, quo congruè adminiſtretur.

Rit. Rom. Conc. Med. 1.

V. Dum

V. Dum Sacerdos inungit Infirmum, ſemper ſit ſuperpelliceo, & ſtola violacea indutus, niſi neceſſitatis circumſtantiæ alitèr exigant, & caſu, quo Sacramenta Confeſſionis, & Euchariſtiæ præmitti non poſſint, curent quàm maximè, omnique ſtudio ſatagant, ut ægrotum ad actum Contritionis inducant. *Act. Med. Eccl. p.4. Rit. Rom.*

VI. Si Infirmus aliqua parte corporis ungenda careat, ungatur in parte proximiori. *Mutilati enim* (inquit Sanctus Thomas) *innugi debent quantò propinquiùs eſſe poteſt ad partes illas, in quibus unctio fieri debuerat, quia quamvis non habeant membra illa, habent tamen potentias Animæ, quæ illis debentur ſaltem in radice, & interiùs peccare poſſunt per ea, quæ ad illas partes pertinent, quamvis non exteriùs, V. G. qui ſine manibus natus foret, etsi non poſſit, valet tamen velle furari, & ſic de aliis.* *Rit. Rom. In 4. ſent. diſt. 23. qu. 2. art. 3.*

VII. Non licet uno, eodemque morbo durante hoc Sacramentum reiterare, niſi intercedat magna, & notabilis diſtantia temporis, quia jam erit alius infirmitatis ſtatus, licèt ſimplicitèr non ſit alia, ſeù diverſa infirmitas. *S. Thomas ſupplem. 3. p. q. 33. art. 2. in. Corp.*

VIII. Caveat Parochus, ne in domo Ægroti relinquat Sanctum Oleum, vel globulos ex canape, lino, goſſipio, ſeù bombice confectos, quibus deterſit Infirmi membra Oleo Sancto peruncta, ſed ſecum omnia ſemper deferat. *Synod. Prou Flor. 1573.*

IX. Inſuper nequè in domo propria præfatum Sanctum Oleum retinere audeat, niſi in hoc præciſo caſu, videlicèt, quòd in Parochia ſit aliquis gravis Infirmus, de cujus imminenti morte probabilitèr dubitetur, & domus Canonicalis multùm diſtet ab Eccleſia; Si ſecùs aliquis fecerit ad arbitrium noſtrum ſeverè punietur. Servetur ergo in Eccleſia, in Tabernaculo, panno aliquo volacei coloris decentèr ornato, & ad hoc ſpecialitèr conſtituto propè Aram maximam in cornu Evangelii, ſera, & clavi munito, cum exteriori deſupèr inſcriptione: *Oleum Infirmorum.* *Conc. 1. Raven. ſub Clement. 5. c. 7.*

X. Deficiente hoc Sancto Oleo in ſuo Vaſe, quod argenteum eſſe debet, niſi aliundè haberi poſſit, licitum eſt Parocho guttatim in eodem Vaſe aliud non conſecratum infundere, ità tamen ut ſemper longè paucior ſit quantitas Olei non conſecrati. *C. quod in dubiis. de conſec. Eccleſ.*

XI. Prohibemus, ne ab alienis Epiſcopis, niſi abſentibus Nobis à Diœceſi, vel Olea non conſecrantibus, illa recipiantur, neque Plebani Sacerdotibus alienæ Plebis eadem impertiantur. *Synodus Prov. Floren. de an. 1574. rub.*

XII. Deniquè meminerint Parochi agonem mortis etiam juſtis *de ſac. c. 4.*

Rit. Rom. C. de extr. unct.

eſſe formidandum, quod docuit exemplo ſuo Chriſtus Dominus, quamvis ejuſdem mortis Victor, & Triumphator, dùm factus in agonia cæpit pavere, & mœſtus eſſe; Ideòque ſtrictiſſimè præcipimus quòd Ægrotos hoc Sacramento munitos non deſerant, ſed in extremo laborantibus adſint, vel ſaltem alternis vicibus alium Sacerdotem advocent, dummodò poſſint, in ſubſidium, ut in tanto periculo luctantem morientis ſpiritum adiuvent. Licèt enim omni tempore Parochi curare debeant, ut Oves Paſtorali Curæ ſuæ commiſſæ nihil eorum deſiderent, quæ ad ſalutem æternam conferunt, id tamen tunc præſertim ſumma diligentia præſtandum erit, quando Infirmus acriora cum Diabolo cogitur inire certamina, & tùm Animæ, tùm corporis viribus deficientibus, timendum eſt ne ſuccumbat.

XIII. Propter hoc omne prorsùs Charitatis officium eis impendant. Ab amore temporalis, & momentaneæ vitæ Cor eorum evellere ſtudeant, erigantque ad ęternę ſalutis deſiderium. Excitent ad actus Contritionis, Fidei, Spei, & Charitatis. Auxilium ab Angelis eorumdem Tutelaribus, Sanctiſque Protectoribus, maximè verò à Beata Virgine, quæ pręcipuum peccatorum refugium eſt, ſedulò implorent, recitando preces, pręſertìm quas vocant Jaculatorias; Et ne Conſanguineorum, Amicorumque mœrore, & lacrymis à Cœleſtis Patriæ conſideratione diſtrahantur, in quantùm corporis cura, quę prætermittenda non eſt, concedit, è cubiculo, in quo cubabit Infirmus hujuſmodi alienandę mentis occaſiones removeant. Deniquè Animam è corpore egredientem in manus Dei miſerentis commendent, ut tandèm ad æterna Beatorum Paſcua Oves ſibi creditas traduxiſſe gloriari poſſint. Quod ſi non fecerint, etiamſi omnia alia Parochorum munia perfectè adimpleverint, oneri ſuo nunquàm feciſſe ſatis exiſtiment.

CAP XII.

CAP. XII.

De Sacramento Ordinis

I. QUoniam præcipua Epiſcopalis muneris ratio, & firmior reformandæ Eccleſiæ ſpiritus in Sacrorum Miniſtrorum delectu conſiſtit; Nos Deo, ac Servatori noſtro Jeſu Chriſto firmiſſimè promittimus, & omnibus notum facimus, qualitèr quocumque affectu, & reſpectu humano poſtpoſito, nullam in promovendis ad Ordines rationem habituri erimus, niſi Majoris Dei Gloriæ, nec non utilitatis, & Dignitatis Eccleſiæ, & Diœceſis noſtræ. Nimis enim formidandum eſt quod ad Timotheum ſuum ſcripſit olim Apoſtolus: *Manus citò nemini impoſueris, neque communicaveris peccatis alienis.* Quæ verba explicans S. Leo Papa adauget Epiſcopis timorem dicens: *Citò manus imponere eſt ante ætatis maturitatem, ante meritum laboris, ante experientiam diſciplinæ Sacerdotalem honorem tribuere non probatis. Communicare autem alienis peccatis eſt effici talem Ordinantem, qualis eſt ille, qui non meruit ordinari.* Quapropter ut tàm grave Scelus avertat Deus à Nobis, quæ ſequuntur obſervanda ſtatuimus. *1. ad Timoth. 5.* *Epiſt. 87.*

II. Ut ad Clericalis honoris dignitatem, quantùm in Nobis eſt, non aſſumamus indignos, ſed unicè illos, qui ex alto in ſortem Domini vocantur, & à quibus ſanctæ vitæ, atque bonorum operum exempla Eccleſia Chriſti ſperare poteſt, Summ. Pont. Sanctiones, præcipuè verò Conſtitutionem fœl. record. Innocentii XII. ,quæ incipit: *Speculatores Domus Iſrael*, ſedulò obſervare curabimus. Monemus itaque omnes, qui ad quoſcumque Ordines, imò etiam ad primam Tonſuram initiari deſiderant, per duos ſaltèm menſes anteà teneri ad exhibendum Nobis ſupplicem libellum, ut ſuper eorum vita, moribus, indole, atquè habilitate ad Eccleſiaſtica munia ſuo tempore exercenda, legitimas informationes requirere, atque recipere valeamus. *Conſt. Innoc. XII.* *Trid. c. 5. ſeſſ. 23. de ref.*

III. Nemo ad Clericalem Tonſuram, vel ad Ordines ſivè Minores, ſivè Majores admittetur, qui teſtimonium non attulerit de omnibus, & ſingulis, quæ pro dictis Ordinibus ſuſcipiendis deſcribentur in Tabella apponenda in quarta parte, præcipuè verò quod per decem continuos dies ſpiritualibus exercitiis vacave-

Bulla 126. Alex. VII. incip. Apostolica solicitudo. *Innoc. XI. in litt. Sac. Con. Eip. & regul. 2. Oct. 1682.*

verint. Parochis verò majori, quo possumus spiritu iniungimus, ut si quem ex Clericis scierint desiderantem promoveri ad præfatos Ordines, & perspexerint esse inobedientem, vaniloquum, inhonestum, literarum incapacem, morumque improbitate Ecclesiasticis Gradibus indignum, virili fortitudine propter Zelum Divini Honoris, testimonia in favorem denegare non erubescant, super quo eorum Conscientiam ante Supremum Judicem strictissimè oneramus,

IV. In Terris, & Oppidis Diœcesis nostræ, in quibus plurimi degunt Clerici, deputabimus idoneum Sacerdotem, qui eos uti Magister regat, edoceatque timorem Domini, formulamque pro Oratione Mentali utilitèr facienda, cui omninò parere debeant, & nisi etiam ab eo bonum testimonium habeant, quòd exactè in omnibus parverint, non promovebuntur.

V. Verùm cum non tantùm in legitima ætate constituti, & qui vitæ, morumque probitatis testimonium habent, ad Ordines *Trid. sess. 21. c. 2. de ref.* sint assumendi, sed illi, qui insuper habent undè honestè vivant, ne in dedecus Sacri Ordinis mendicare, aut sordidum aliquod ministerium exercere cogantur, ideò ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem ii tantùm promoveri poterunt, qui Ecclesiasticum Beneficium, vel sufficientis Patrimonii titulum pacificè possidere per legitimas probationes ostendent.

VI. Ad Titulum autem Patrimonii nemo Subdiaconatu decorabitur, nisi sub conditionibus infrà ponendis, videlicèt.

Trid. sess. 21. cap. 2. Sac. Cong. Conc. de mand. Innoc. XI. 13. Maji 1679.

Prima, ut probetur necessitas, vel utilitas Ecclesiæ, non verò Promovendi, juxtà Decretum Conc. Trident., & ad formam Literarum Sacræ Congregationis ejusdem Concilii Tridentini Interprætum.

Ex Synodis nostræ Diœcesis.

Secunda, quòd dictum Patrimonium constituatur in bonis stabilibus, liberis, atque frugiferis, juxtà regulas suo loco tradendas, quorum bonorum fructus adæquent annuum redditum scutorum supra triginta de libris septem pro quolibet scuto, quem redditum pro sufficienti Patrimonio juxtà consuetudinem hujus Diœcesis taxamus.

VII. Cum autem præfato Patrimonii titulo ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem aliquis fuerit promovendus, Parochorum erit bona designati Patrimonii diebus festis inter Missarum solemnia Populo notificare, exprimendo omnia, & singula dictorum bonorum

rum capita cum ſuis qualitatibus, cohærentiis, atque confiniis, ut quisque de Populo deprehendere poſſit ſuper quibus bonis Patrimonium erit conſtituendum. Qua occaſione admoneant quòd ſi forte quis noverit prædicta loca publicata alicui Contractui, Hypothecæ, Cenſui, Livello, vel cuicumque alteri oneri eſſe obnoxia, ſivè affecta aliquo pacto, debeant ſub pœna excommunicationis intra octo dies proximè decurrendos manifeſtare. Quibus elapſis ſi nihil in contrarium fuerit revelatum, faciant Parochi juratam fidem per Ordinandum Cancellario tradendam, ſine qua Patrimonii inſtrumentum nunquàm erit conficiendum. *Trid. ſeſſ. 23. c. 13. & 18. de ref.*

VIII. Bona cujuſvis generis pro Patrimonio Clericis aſſignata prohibemus omninò permutari, alienari, vendi, extingui, remitti, gravari, renunciari, aut retrodonari, etiam ſi Beneficium Eccleſiaſticum ut ſuprà ſufficiens fuerit adeptum, abſque noſtra ſpeciali licentia ſub pœnis in antiquis Canonibus ſtatutis, & à Conc. Trid. innovatis, & aliis etiam gravioribus arbitrio noſtro. *C. neminem. cap. Sanct. diſt. 70. Trid. ſeſſ. 21. c. 2. de reform.*

IX. Quòd ſi contingat Patrimonium conſtitui ſuper annuis Cœnſibus, vel locis Montium, id ſemper fiat cum hac cautione, quod ſi Cenſus redimantur, vel extinguantur loca Montium, ſors principalis apud Curiæ Depoſitarium omninò deponatur, ad effectum reinveſtiendi in aliis bonis fructiferis ad Patrimonii reintegrationem.

X. Notum præterea facimus quòd ſuper Interſtitiis nonniſi ex pluſquàm rationabili cauſa ad præſcriptum Sacri Concilii Tridentini diſpenſabimus. Qui enim Sacros Ordines tanta cum præcipitatione ſuſcipere anhelant, conſiderare debent verba D. Gregorii ad Siagrium ſcribentis, videlicèt: *Ordinatè ad Ordines aſcendendum eſt, nam caſum appetit, qui ad ſumma loci faſtigia poſtpoſitis gradibus per abrupta quærit aſcenſum.* *Ubi ſupra. Epiſt. 100. Et al. 112. ad Siag. lib. 7.*

XI. Literæ Dimiſſoriales Ordinandorum Exterorum diligentiſſimè per Cancellarios noſtros erunt examinandæ; Quod ſi trium menſium ab ejus datis ſpatium, & tempus effluxerit, Nobis inconſultis, non admittantur. *Acta Mediolan. p. 1. Conc. prov. 4. tit. de ſac. Ord.*

XII. Ex noſtris verò, qui in vim noſtrarum Literarum ex rationabili aliqua cauſa ab aliis Epiſcopis promoti fuerint, infrà duos menſes ad Curiam noſtram fidem, & teſtimonium ſuſcepti Ordinis tranſmittere teneantur, ut Epiſcopi nomen, à quo Ordi- *Acta Mediol. ut ſupra.*

nem

nem acceperunt, & Ordinem ipſum, inſuper & Ordinationis diem, menſem, & annum in libro Ordinatorum ad perpetuam rei memoriam iidem Cancellarii deſcribere, & annotare poſſint. Qui verò huic Decreto non parverint, ſciant pœnam ad arbitrium noſtrum eſſe ſubituros.

CAP. XIII.

De Exorciſtæ Officio, eoque rectè, & ſalubritèr exercendo.

I. QUemadmodùm Diabolus humanæ naturæ hoſtis ſemper infenſus, nedùm Animabus, verùm & Corporibus noſtris nunquàm inſidiari deſiſtit, ut tyrannicam in ſervitutem redigat, ita Redemptor Noſter Jeſus Chriſtus noſtris occurens miſeriis, multiformis Gratiæ Miniſtros inſtituit, alios videlicet, qui Animas ab indignis peccatorum nexibus ſolverent, alios verò, qui corpora ab iniqua Dæmonis ſervitute liberarent. Hos Sancta Eccleſia Exorciſtas appellat, & quia non eſt illis colluctatio adversùs Carnem, & Sanguinem, ſed adversùs Principes, & Poteſtates tenebrarum, ideò poſtulat eſſe Viros morum Sanctimonia, vitæque Innocentia inſignes, præcipuè verò fortes in Fide. Hac enim armatura indui neceſſe eſt, ut poſſint ſtare adversùs inſidias Diaboli, imo ei prævalere, ut ab obſeſſis Corporibus in nomine Chriſti eiiciatur.

Ad Epheſ. 6.12.

1. Petri 5.9.

Ad Epheſ. 6.11.

II. Itaquè nullus ad Exorciſtatus officium promotus, etiamſi fuerit Sacerdos, ſivè Sæcularis, ſivè Regularis dictum exorcizandi munus exercere audeat, niſi de licentia noſtra ſpeciali in ſcriptis, quæ nunquàm concedetur, niſi priùs de eorum probitate, peritia, atque idoneitate ſatis, ſupèrque conſtiterit.

S. Cong. Epiſ. & Regul. in Flor. 22. Febr. 1625.

III. Energumeni non in Laicalibus manſionibus, niſi alitèr perſonarum ratio id expoſcat, ſed ſemper in Eccleſia, ſeù loco ſacro non ante ſolis ortum, neque poſt ejus occaſum, non turmatìm, ſed ſingillatìm, non coràm Populi multitudine, ſed tantummodò coràm honeſtis, & timoratæ Conſcientiæ Perſonis, quæ orationibus, & precibus adiùvent Energumenos, non curioſitate fructum hujus præclari operis impediant, exorcizentur. Si

De conſecr. diſt. 1. c. Tabernaculum.

ve-

verò fœminas in adjurationem vocari contigerit, caveant Exorciſtæ, ne illas manibus tangant, niſi fortè ſuprà caput, & hoc officio fungantur præſentibus ſemper alijs honeſtiſſimis, atque modeſtiſſimis mulieribus.

IV. Verùm in hoc exorcizandi munere prudentiſſimè, & pluſquàm cautè procedendum eſt. Quapropter ſacris Exorciſmis non eſt utendum, niſi priùs per ſigna conſueta, & pluſquàm moralitèr certa compertum fuerit de invaſione Dæmonis; Qua de cauſa conſulatur etiam aliquando medicus, multo magis perquiratur de modo vivendi, de naturalibus affectionibus, & infirmitatibus eorum, qui præſumuntur obſeſſi. Sæpè enim experientia ipſa monſtravit ex evaporationibus in Cerebrum, ex melancholiæ affectibus, & conſimilibus naturæ cauſis, maximè in fœminis evenìſſe opera, quæ vi, & arte Dæmonum fieri falſò putabantur. *Acta Eccl. Med. Conc. Prov. 1.*

V. Cum autem conſtiterit verè aliquem eſſe à Diabolo obſeſſum, Exorciſmi exercitium nunquàm inchoetur, niſi iidem Energumeni id humilitèr petant; Inſuper à peccatorum ſordibus, etiam per Confeſſionem Generalem, ſi opus fuerit, conſcientiam emundent, & in exercitiis ſpiritualibus, vel ſaltem in oratione, & jejunio per aliquot dies manſerint. Compertum eſt enim ipſos obſeſſos ſanctis operibus plurimùm ſibi juvare ut à poteſtate Diaboli liberentur.

VI. Etiam ipſe Exorciſta neceſſe eſt, ut Conſcientiam ſuam expurget. Fruſtrà enim nititur ab aliis eiicere Diabolum, qui illi miſerrimè ſubjacet. Imò quàm maximè requiritur, ut ipſe etiam orationibus, ac jejuniis ſe dedat; plerùmque enim genus Dæmoniorum, qui Corpora hominum obſident, non eijciuntur juxtà Redemptoris noſtri effatum *niſi in Oratione, & jejunio*. *Matth. c. 17. 29.*

VII. Non concedatur Energumenis Euchariſtiæ Sacramentum, niſi præcedat inter Communionem, & Exorciſmi actionem longum temporis ſpatium; benè tamen Exorciſtam Miſſam celebrare congruum eſt, ſi commodè fieri poteſt.

VIII. In exorcizando nunquam utendum eſt Sacra Pyxide, in qua aſſervetur, & ſit de facto Venerabile Sacramentum. Alias Exorciſmorum formulas, quàm præſcriptas in Rituali Romano, vel quocumque alio modo ab Eccleſia approbatas adhiberi prohibemus. *Conc. Mediol. 1. p. 2. tit. de exorciſt.*

IX. Abſtineant probi, atque prudentes Exorciſtæ à vanis, impertinentibus, curioſiſque percunctationibus, præſertim circà ea, quæ ad divinationem tendere videntur, ad quas ut plurimùm ipſe Diabolus incitare ſolet, ut Cor, mentemque Exorciſtarum à ſuo munere diſtrahat, fructumque Exorciſmorum impediat.

Conc. Mediol. 1. p. 2. tit. de Exorciſt.

X. Nudos cum nudis Exorciſtas colluctare neceſſe eſt, ideòque ſub pœna perpetuę inhabilitatis ad hoc munus impoſterùm exercendum, quidquam quantumvis minimum pro Exorciſmi opere petere, vel ante, vel poſt, etiam ſpontè oblatum accipere prohibemus.

CAP. XIV.

De Sacramento Matrimonii.

I. VIri, ac Mulieris connubiale vinculum, quod ſupremus humani generis Parens inſtituit, voluitque eſſe humanæ propaginis fundamentum, Chriſtus Dominus pro ſua ineffabili providentia ad Sacramenti dignitatem evexit, ut per eum Conjuges nedùm vitæ ſubſidium, atque ſolatium, verùm, & plura alia bona, & ſalutares effectus, in primis verò tranquillam ſocietatem, & amabilem prolem ad replendas aliquandò vacuas Cœli ſedes conſequerentur. Hæc autem omnia proculdubio evenirent, ſi rectè, ut par eſt, hoc Sacramentum exerceretur; ideò, ut abuſus, qui frequentèr ipſum concomitare dignoſcuntur, extirpentur, infranotandas Sanctiones edere neceſſarium duximus.

Trid. de Matrimon. cap. 1.

II. In primis Parochi habeant rectè cognita, & perſpecta omnia, quæ in hac materia Sacra Synodus Tridentina præcipit. Advertant majori, qua poterunt diligentia, ne ſponſalia temerè contrahantur, nevè contracta iniquo jure dirimantur. Non omittant explanare Contrahentibus hujus Sacramenti Virtutem, & ſalutares effectus, eoſque præmoneant, quòd nubendo non humanũ aliquid aggrediuntur, ſed Divinum, & proindè ſingularem mentis integritatem habere in contrahendo neceſſarium eſſe, idcircò diligentèr curent, ut peccatorum Confeſſionem, Sacramque Communionem uterque ex Sponſis præmittat.

Ex eodem Conc. Trid.

III. Porrò illud etiam Populo inſinuent, quod ſicut gravitèr pec-

peccant Parentes, qui filios vel invitos matrimonii jugo ſubmittunt, vel illos coactè retrahunt, ità filii familias non debent inſciis Parentibus, & ſine eorum placito matrimonia inire, quia etſi hoc ad matrimonii validitatem non requiratur, tamen ob reverentiam Genitoribus debitam, eſt quàm maximè conſentaneum, & ſine culpa (fortè aliquando gravi) omitti nequit. *Trid. ſeſſ. 24. de Ref. C. honor. 32. q. 2. Catechiſ. Rom. de Sacr. Matrimon. n. 32.*

IV. Ad publicas Denunciationes haud deveniant, niſi priùs conſtito de Contrahentium peritia quòad myſteria neceſſaria noſtræ Fidei, ut in Capite de Doctrina Chriſtiana ſancitum eſt. Inſuper de legitima eorum ætate, de mutuo eorum conſenſu, qui ut liberè, & majori, qua par eſt veritatis ſecuritate habeatur, præcipuè quò ad fœminas, recipiendus erit in Eccleſia, in loco quidem patenti, ſed ità quod videri quidem poſſint, ſed non audiri à circumſtantibus. *Trid. ſeſſ. 24. c. 2. de Refor.*

V. Tunc autem interrogent etiam, & inveſtigent an alteri fidem de nubendo dederint, vel Caſtitatis, vel Religionis votum emiſerint. *Ubi ſupra.*

VI. Quòd ſi in illorum explorando conſenſu, & de ſupradictis perquirendo aliquem ex eis, precipuè verò Puellam ad id coactè trahi compererint, ſuperſedeant, & prudenter recogitent quid in tali diſcrimine agendum ſit, ne Parentes indignatione commoti aliquid contra illam intentent, & interìm Nos, vel Vicarium Noſtrum Generalem conſulant, ut Puellæ libertati ſimul, & indemnitati proſpicere valeamus. *C. Cum loeum. C. requiſivit Gemma de Sponſal. & Matr. Trid. ſeſſ. 24. de ref. Matr.*

VII. Si alter Contrahentium diverſę Paroeciæ fuerit, non priùs ad denunciationes veniant, quàm ab illius Parocho Teſtimonium ſcriptum habeant, quo conſtet Cotrahentem prædictum ad ſingula præſcripta ſuperiùs optimè reſpondiſſe, & tunc in utraque Parœcia Denunciationes fiant de more tribus feſtivis Diebus de præcepto inter miſſarum ſolemnia, niſi ſuper hoc fuerit à Nobis ſpecialiter diſpenſatum, & poſt ultimam non ſtatim, ſed ſaltem duorum dierum interiecto ſpatio celebretur Conjugium, ut detur utrique aditus recogitandi impedimenta, ſi quæ fuerint, illaque pro Deo cum fiducia denunciandi, & inſuper expectetur fides alterius Parochi teſtantis fuiſſe pariter factas ab eo trinas denunciationes, & nihil revelatum fuiſſe, per quod matrimonium, vel differri, vel impediri debeat. *Trid. ſeſſ. 24. de ref. Matr. Rit. Rom. de Sacram. Matrim.*

VIII. Alienæ Diœceſis Parochorum atteſtationes ſuper præ-

missis non admittantur, nisi fuerint legalitate suorũ Episcoporũ munitę, atque à Nobis, nostraque Curia recognitę & approbatę.

IX. Porrò ut Populus non ignoret impedimenta matrimonii, Parochi singulis annis in festo S S. Philippi & Jacobi, nec non S. Thomę Apostolorum declarare teneantur italico sermone quænam illa sint, juxtà formulam in secunda parte registrandam.

Trid. sess. 24. cap. 3. & 4.

X. Denunciationum occasione semper admoneatur Populus, ut si aliquod impedimentum inter Sponsos intercedere sciverit, illicò manifestet, & si id sequatur, in Denunciationibus ultrà non fiat progressus Nobis inconsultis. Itèm manifestum fieri præcipimus, quod si quis impedimenta noverit, & minimè patefecerit, vel falsa per dolum objectaverit, sciat præter pœnas graves, imò gravissimas arbitrio nostro infligendas, incurrere ex Decreto Sacri Concilii Lateranensis in excommunicationem latæ sententię.

Catechis. Rom.

Conc. Later. 5. c. 52.

XI. Si factis denunciationibus differatur matrimonium ultrà bimestre, reiterandæ erunt, cum spatio prædicto temporis novum suboriri possit impedimentum. Quoties verò Parochi viderint Sponsos ultra quatuor menses differre matrimonii celebritatem, nec pro eis amplius satagere, ipsos seriò moneant ad ulteriùs non differendum, & quatenus ipsos renuentes repererint, certiores Nos reddant, ut quod in Domino expediens fuerit decernamus.

Conc. Med. 5. de Matr.

XII. Si verò Parochorum culpa, nempè ex eorumdem odio, & privata passione id evenire compertum, & per legitimas probationes manifestum fuerit, eosdem Parochos haud levi pœna arbitraria mulctabimus, idemque faciemus, si ex causis prædictis denunciationes facere, vel cæptas perficere renuerint.

XIII. Quotiescumque Sponsi, sivè ex eis alter quamvis Diœcesanus per quatuor continuos menses ab jurisdictione nostra abfuerit, Parochi matrimonium non promulgabunt absque nostra licentia in scriptis, non danda nisi Curiæ nostrę de eorum, vel ejus statu libero constiterit per legitimas probationes, dummodò Nobis justis de causis aliter visũ non fuerit; Eodemque modo cũ de Viduarũ matrimonio agatur Denunciationes suspendant, donec in actis constet de matrimonio ab eis olim contracto, deque obitu prioris Conjugis, præcipuè si extrà Diœcesim obierit.

XIV. Puellarum in monasteriis Monialium educationis gratia degentium matrimonia promulgari, Nobis inconsultis prohibemus,

mus, & si fiant habeantur pro non factis.

XV. Ad impediendum execrandum Poligamiæ crimen exteri, vagantes, ignoti, advenæ, alienigenæ, & similes, ad matrimonium non admittantur nisi prævia de eorum vita, ac moribus inquisitione, & exhibitis in Cancellaria nostra literis testimonialibus proprii Ordinarii de statu libero, de Denunciationibus factis, aliisque necessariis, & à Sacro Concilio Tridentino præscriptis, Nobisque insuper, vel Vicario nostro Generali specialiter consultis. Horum siquidem vagantium hominum Conjugia persæpè malos habere solent effectus, & impedimenta illorum detegere valdè difficilè est, ideòque summa cautela necessaria est, quæ aliquandò vix sufficit. *Conc. Lateranen. 3. in append. de Sponsal. Trid. sess. 24 c. 1. de ref. Matr.*

XVI. Si contingat Parochum, vel quemvis alium Sacerdotem ex Confessione Sacramentali impedimentum aliquod inter Sponsos agnovisse, debet privatim, & in eadem Confessione admonere personam, à qua prædictum didicit impedimentum, ut modum aliquem excogitet ad matrimonium prudenter differendum, donec peti, & obtineri possit dispensatio necessaria, ut matrimonium sit validum; Si verò post hujusmodi admonitionem urgeatur à Partibus contrahere volentibus, non poterit illis matrimonium denegari, ne Confessionis sigillum frangatur, quòd minimè licet. Quò verò ad modum petendi à Sacra Pœnitentiaria Dispensationes pro impedimentis occultis, in secunda parte Instructio clarissima dabitur. *D. Carol. instr. Paroc.*

XVII Testes in causis matrimonialibus non alia methodo examinentur quàm juxtà præscriptam à supremo Tribunali Sanctæ Inquisitionis de die 21. Augusti 1670. in tertia parte regiſtrandam. *Sac. Cong. Inquisit.*

XVIII. Si aliquandò judicaverimus rationabili de causa matrimonium celebrandum esse ante Denunciationes, Conjuges à carnali copula abstineant, & separati existant quousque trinæ denunciationes prædictæ (quæ nullo modo omitti debent) peractę fuerint modò superiùs prescripto. *Trid. sess. 24. cap. 1.*

XIX. Nullum est tempus, quo minus concedi debeat personis diversi sexus simul commorari, ac familiariter conversari quàm post contracta sponsalia, quia frequenti, ac funesta constat experientia dictam cohabitationem malos exitus habere sub prætextu futuri matrimonii; quin etiam hac data oca-

casione gravia peccata ut plurimùm committuntur, quæ hoc Sacramentum solent præcedere, & illud non rarò impedire; etenim ex nimia Sponsarum licentia cum Sponsis suis, iidem arguunt, colliguntque, non sine ratione, earumdem impudicitiam, & illas respuunt, quas priùs desiderabant. Quamobrem ad perniciosam hanc corruptelam, quæ (dolentes dicimus] in Diœcesi nostra maximè viget, extirpandam, expressè interdicimus, ne sponsi antequàm matrimonium per verba de præsenti contraxerint (quod quidem quantocitiùs fieri poterit Parochi celebrari satagant) nullam ob causam, quantumvis honestam, se invicem ultra tres vices urbanitatis gratia invitant; Quibus quidem vicibus ad modicum tempus conversari permittimus, non tamen remotis, sed adstantibus arbitris, & Parochi obtenta licentia; Hoc enim prohibitum etiam fuit in Concilio Provinciali Floren. anno 1517. à fel. record. Leone Papa X. approbato. Quòd si præsenti Decreto parere detrectaverint, & ultrà prædictas vices, vel sine præsentia arbitrum intrà domum Sponsæ cum ea conversari ausi fuerint, pœnam decem librarum ceræ albæ elaboratæ Ecclesiæ Parochiali applicandarum illicò incurrant, quam pœnam nec ipse Parochus remittere poterit absque nostra speciali permissione, imò pro inobedientiæ culpa, & ad hoc malum, Animarumque periculum prępediendum graviori pœna, etiam excommunicationis in subsidium ipsos Sponsos inobedientes feriemus.

Sinod. Provinc. Flor. sæpe sit. & Syn. Diœcesan. ferè omnes.

Etiam à Sac. Cong. in una Heracen. 20. Apr. 1587.

XX. Parentes verò Sponsæ, ejusque Consanguinei, aut quicumque alii, qui eam in domo retinent, ejusque curam gerunt, si secùs fieri permiserint, nimiùm conniventes, vel data opera non invigilaverint, ne Sponsa hoc Decretum transgrediatur, à Sacramentorum participatione pro arbitrio Parochi arceri mandamus. Quòd si hanc pœnam, quamvis gravissimam despexerint, alitèr eosdem punire non omittemus.

Ex pluribus S. Congreg. decretis, nempe de die 15. Oct. 1588. 25. Maji. 1590. 14. Decembris 1635.

XXI. Parochorum verò Conscientiam strictissimè oneramus, quatenùs pro hujusmodi prava consuetudine eliminanda sedulò invigilent, & si Sponsos non obediviſſe quoquo modò cognoverint, in primis curent ut pœnam superiùs præscriptam omninò subeant, & ulterius denunciationes sæpiùs suprà memoratas non faciant, aut si eas incęperint nõ prosequantur, vel si factę fuerint illos matrimonio non jũgãt absque nostro speciali permissu; Quę omnia interdùm Populo exponant, ne ex ignorantia pœnarum

fa-

faciliùs quis in culpam incidat, & priùs coràm Diabolo, quàm ante faciem Christi, ejusque Ecclesiæ, Sponsi Matrimonium contrahant.

XXII. Quod circà Sponsos usque modò injunctum est, sub iisdem pœnis servari etiam volumus quò ad reliquos omnes Juvenes, quos Puellarum amasios dicunt, etiamsi cum illis Sponsalia non contraxerint per verba de futuro, & contra Parochos negligentes in vigilando gravibus pœnis urgebimus.

XXIII. Hoc Sacramentum celebretur semper in Ecclesia. Secundæ Nuptiæ non benedicantur, quamvis alter ex Sponsis nunquam Matrimonium contraxerit; multò minùs benedicendæ erunt temporibus ab Ecclesia prohibitis, in quibus absque nostra licentia etiam sine solemnitatibus Matrimonia celebrari prohibemus. Quando verò, Nobis permittentibus, celebrabuntur, omitti mandamus non solùm prædictas solemnitates, sed etiã, & multò magis publica, & sumptuosa convivia, profanasque vanitates, quæ non redolent Christianorum pietatem, sed sapiunt Gentilium mores.

Trid. sess. 24. c. 1. de refor. *C. 1. de nuptiis.* *Trid. sess. 24. c. 1. de reform.*

XXIV. Quia verò experientia liquet sæpe sæpiùs relevari inter Sponsos impedimenta Matrimonialia ferè in ipso actu desponsationis, nempè dum immediatè antè propria confitentur peccata, unde non supereſt providendi modus, & inexplicabili angustia premitur animus Parochorum, ideò ut huic malo (quantùm cum Domino possumus) occuramus, injungimus Parochis onus premonendi eosdem Sponsos, ne Sacramentalem Confessionem ad horam præcisam desponsationis deferant, sed saltem triduo antè confiteantur.

Conc. Mediol. 3. de Matrim. *Trid. sess. 24. de ref. cap. 1.*

XXV. Non permittantur separationes Conjugum, nisi rationabilis causa intercedat, de qua Parochi quam primùm certiores Nos facere teneantur, ut quod Justitiæ consonum fuerit decerni possit.

C. 3. uxor. e 32. Sixtus V. Constit. 46. incipit ad compescendum §. 2.

XXVI. Si innotescat illis, aliquem relicta propria Uxore in adulterio permanere, seriò illum admoneant, & nisi resipiscat, statim notitiam illius contumaciæ ad Nos deferant.

XXVII. Si ignotus aliquis in Parochiam advenerit, exteramque Mulierem secum duxerit, atque cum ea ita vivat ut falsi Conjugii suspicionem præbeat, exigant ab eo legitimi Matrimonii fidem, quam si dare renuat, Nos pariter monitos faciant, ut opportunè providere possimus.

De-

XXVIII. Deniquè habeant Parochi librum benè compactum, & chartarum numero distinctum, in quo omnia, quæ celebrata fuerint coram ipsis matrimonia fidelitèr annotent juxtà formam *Trid. sess. 24. sup. cit.* describendam in quarta parte; Circa quòd omnia, & singula observari mandamus quæ in capite de Baptismo à Nobis præscripta fuerunt in simili materia, & sub pœnis ibidem præscriptis.

CAP. XV.

De Sacramentalibus, piisque Sanctæ Ecclesiæ Consuetudinibus.

I. SAncta Mater Ecclesia à Christo Jesu Sponso, ac Magistro suo edocta, Divinoque afflata Spiritu nonnullos pios ritus, religiosasque functiones sacrosanctis Sacramentis adjungere didicit, quæ proindè Sacramentalia proprio nomine nuncupavit, sivè quia Sacramentis adjecta sunt, vel quia ea aliquo modo indicant. Hæc omnia ex traditione veterum ejusdem Ecclesiæ Patrum ad Nos derivata sunt, & proindè debent sanctè, & fidelitèr custodiri, & exequi, eò vel maximè quia eorumdem Sacramentorum venerationi plurimùm conferunt, & Mysteria Cœlestia continent, atque significant.

II. Igitur in primis Aqua lustralis in Ecclesiis semper asservetur, non extrà, sed intrà illarum septa, & propè earumdem *C. Aquam de Consecr. dist. 3.* januas in aliquo Vase marmoreo, vel saltem lapideo, bis saltem in mense renovanda, qua occasione vasa ipsa mundentur. Et Fideles statim ac Templum Dei fuerint ingressi, eadem Aqua se aspergant, ut se contra insidias Diaboli muniant. Hujus autem salutaris Aquæ effectus Parochi quotannis in festo Sancti Genesii Populo explicabunt, juxtà formulam, de qua inferiùs dicetur.

III. Quolibet die Dominico ante Missam eamdem Aquam super Populum asperforio effundant, & consuetas preces, prout *C. in Salt. de Consecr. dist. in. 4.* in Missali Romano pro temporum diversitate recitent. Curent insuper eamdem Aquam in singulis Parœciæ suę Domibus asservari, quod ut faciliùs assequantur, poterunt saluberrimos effectus ab usu ejusdē Aquę lustralis provenientes in festo suprà præscri-

ſcripto S. Geneſii explicare juxta ea quę in illius laudem in ſecunda parte compendioſa methodo deſcribi curabimus.

IV. Piam illam Conſuetudinem benedicendi in Hebdomada majori, & præcipuè in Sabbato Sancto per proprium Parochum Domos, & habitacula gentis ſuæ, non ſolùm approbamus, ſed quam maximè laudamus; Vetamus tamen ne dictus Parochus in præfatis Domibus ea occaſione maneat ad manducandum; Nimis enim dedecet id agere diebus tam Sanctis jejuniorum, & maximè in pervigilio Sacri Paſchatis, quod Solemnitas Solemnitatum ab Eccleſia jure optimo nuncupatur. *Jo. Benam. in Paroch. inſtruct. Caſtald. in praxi Cerem. lib. 2. ſect. 11. c. 2.*

V. In die Purificationis B. M. V. Candelas, in Dominica immediatè præcedente Chriſti Domini Reſurrectionem Ramos Palmarum, ſeù Olivarum, & in principio Quadrageſimalis Jejunii Cineres Parochus benedicat, atque diſtribuat Plebi ſuæ. Verùm ut ad illa recipienda ea, quà par eſt, devotione Fideles concurrant, de iſtorum Sacrorum Rituum Myſteriis, atque ſignificationibus illos præmonere neceſſe eſt, & ad impediendos ſtrepitus, atque tumultus, qui in præfatarum rerum benedictarum diſtributione fieri ut plurimùm ſolent, ſtudeat, quòd non turmatim, ſed bini, & bini devotè accedant; & præmoneat quòd ſi quis ſecùs fecerit, rerum diſtribuendarum atque benedictarum non erit particeps. *Ex Miſſ. Rom.*

VI. Potiſſimùm verò, & majori, qua poterit, diligentia vigilet, ne quis præfatis rebus benedictis ſacrilego auſu ad ſortilegia, & ſuperſtitiones utatur.

VII. Quotieſcumque contigerit Parochis aliquid benedicere, ut Agnos, Ovaque in Paſchate, vel aliis temporibus cœtera comeſtibilia, nec non indumentorum genera, ſemper, prout circumſtantiæ, & opportunitates patientur, explicent dictarum benedictionum Myſteria, atque ſignificata, ut Populus ſemper magis ad cognoſcendam, & laudandam infinitam Dei, & Chriſti Jeſu Redemptoris noſtri Potentiam, atque Miſericordiam, nec non ad dolendum de peccatis excitetur. *Rit. Rom. tit. de bened.*

VIII. Cum per Aerem mugiunt tonitrua, & ingruunt tempeſtates, jubeant pulſari Campanas ad implorandam Dei opem, prę-miſſo ſemper ſigno ad ſalutandam Deiparam, ut ipſa intercedente, & Populo deprecante Deum, fiat tranquillitas, atque ſerenitas Aeris, & loca cum omnibus habitantibus in eis à malis immi- *Jo. Bap. Benamat. in paroch. &c. & Caſtald. in Praxi Cerem. lib. 2. ſect. 11. c. 2.*

nentibus liberentur. Caveant tamen ne ad benedicendum Aerem utantur Venerabili Sacramento Altaris, ſed ad ſummum Sanctorum Reliquiis, vel ſacris eorum Imaginibus, & unicè utantur precibus in Rituali Romano præſcriptis.

IX. Injungimus, & quidem ſpecialiſſimo modo omnibus, & ſingulis Curam Animarum agentibus, ut laudabilem uſum pulſandi campanas ad ſalutandam Sanctiſſimam Dei Matrem in Aurora, in Meridie, & in Veſperis, nempe vigeſima quarta hora cujuſcumque diei, vel ſervent, vel ſi opus fuerit, inſtituant, & pariter eaſdem campanas pulſari mandent hora vigeſima tertia labentis diei ad orandum pro agonizantibus, cum occidente ſole ut plurimum languentes obire ſoleant; Inſuper prima hora noctis ad fundendas preces pro Defunctis, & qualibet feria ſexta cujuslibet heddomadæ hora vigeſima prima, quæ hora reſpondet horæ nonæ juxta ritum hæbraicum, in qua, ſicut in Sacro Evangelio enarratur, Dominus Noſter Jeſus Chriſtus pro Nobis Crucifixus emiſit Spiritum, & ut Populus hujuſmodi dato ſigno gratias pro tanto beneficio Miſericordiſſimo Redemptori agat, illum opportunè edoceat, atque præmoneat.

X. Non ſupervacaneum cenſemus in memoriam Sacerdotum reducere qualiter Prothonotarii Apoſtolici, ſeù alii conſimilem Dignitatem Eccleſiaſticam habentes non poſſunt benedicere ſacerdotalia indumenta, & alia, quæ uſui Altaris inſerviunt juxtà Decreta plurima Congregationis Sacrorum Rituum.

CAP.

CAP. XVI.

De Sanctorum Reliquiis, & Imaginibus, earumque Veneratione.

I. SAnctum Ecclesiæ Catholicæ dogma, & laudabilis ac vetustissima consuetudo est retinendi, venerandique Sanctorum Corpora, atque Reliquias, quæ olim in terris viva Spiritus Sancti Templa fuerunt, & habitacula pretiosa Animarum, *quæ nunc in Cœlis cum Christo regnant jam de sua immortalitate securæ, & adhuc de nostra salute sollicitæ.* Igitur hæc Sacra pignora grandi decore, atque eximia devotione prosequi necesse est, ut Beati Spiritus, quorum membra illa fuerunt, Præsides, & Tutelares sint eorm præsertim Locorum, quibus illa asservare, & custodire concessum est, & multò magis, ut in eis Ille honoretur, qui est, fuitque semper mirabilis in Sanctis suis. *Trid. sess. 25. de invocation. & reliquiis* *D. Cyprian. lib. de mortalitate in Fine* *D. August. serm. 47. de sanctis.*

II. Sciant ergo Parochi sibi ex officio iniunctum esse Populum aliquando edocere qua pietate, & devotione, quave reverentia Sanctorum Exuviæ venerandæ sint, ut simul addiscant eorum Virtutes imitari. *Trid. sess. 25. de Invoc. & Venerat. S.S.*

III. In primis autem, qui præfatas Reliquias in Vasis, seu Capsulis minùs decentibus habent, quamprimùm confici curent Reliquiaria, sive argentea, sive lignea, affabrè tamen laborata, Auro, Argentoque, vel saltem coloribus linita, ut quo par est honore custodiantur, & quidem in armario, seù Conditorio in Ecclesia, vel ejusdem Sacrario constructo, pictura intus, vel linteo serico ornato, sub una, vel pluribus clavibus, quarum una saltem semper à Parocho retineatur. *Conc. & P. P. apud Bellar. lib. 2. c. 3. de reliq. Sanct.*

IV. Nullatenus permittendum censemus Patronis Capellarum, sive Altarium quod postquam Sanctorum Reliquiæ publicæ Fidelium venerationi fuerint expositæ, in propriam Domum reportent, atque in ea retineant, etiam sub custodiæ prætextu, sed semper in Ecclesia asservari præcipimus, nisi alitèr aliquis *specialis*, & legitimus titulus suadeat.

V. Vt publicæ venerationi exponantur etiam à Regularibus, indispensabiliter sint recognitæ vel à Prædecessoribus nostris, vel

Trid. ſeſſ. 25. de Invoc. S.S. à Nobis, illorumque, vel noſtro ſigillo munita ſint Reliquiaria, & bene clauſa cryſtallis, adeò quod de illarum identitate minimè dubitari poſſit.

VI. Quæ vero ab antiquo, & immemorabili tempore per continuatam, & non interruptam Populi venerationem ſemper habitæ ſunt pro veris ReliquiisSanctorum, etiamſi earumdem authenticæ deſint, in eadem impoſterùm veneratione remanere volumus, atque permittimus. *Trid. ubi ſup.*

VII. At illas, quibus hujumodi inveteratus venerationis cultus, & quodcumque aliud ſuæ legitimitatis documentum deeſt, ſingillatim ſuper Altare reponi, thure honorari, & ad oſculum Populi exhiberi omninò vetamus, & ad ſummum permittimus exponi ad ornatum Eccleſiæ.

VIII. Coràm armario, in quo Sanctorum Reliquiæ aſſervantur, lampas aſſiduè perlucere debet, niſi vel ita prope Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum collocatæ ſint, ut illius lampade harum cultui ſatisfiat, vel hujuſmodi expenſam nimia Eccleſiæ, & Populi egeſtas (judicio tamen noſtro interveniente) non patiatur. *Conc. Mediol. 1. de S. S. Reliq. Cong. Epiſc. 17. Decembr. 1590.*

IX. Cum Populo Religionis, & Venerationis gratia exponendæ erunt, id unicè fiat à Sacerdote ſuperpelliceo, & ſtola decorato, & duobus ad minùs facibus circumardentibus, & inſuper cum illas è conditorio ſuo ad Altare deportat, cantet, vel recitet hymnum congruentem Sanctis, quorum Reliquiæ exponuntur, nec quidquam petatur, vel accipiatur turpis lucri gratia pro eis exponendis, ſub pœnis haud levibus ad arbitrium noſtrum. *Rit. Rom. Caſtald. ſæpe cit. lib. 2. ſect. 1.*

X. Reliquiarum Catalogus in unaquaque Eccleſia, in quà ſunt, fiat, & ſemper in aliquo ejuſdem Eccleſiæ patenti loco ad omnium notitiam expoſitus retineatur. *Synod. Diœc. de anno 1650 tit. de S.S. Reliq.*

XI. Notum ſit Laicis omnibus cujuſcumque gradus, & conditionis exiſtant ſibi eſſe vetitum abſque ſpeciali licentia ſacras Reliquias (niſi fortè modicæ earum particulæ, ſeu fragmenta ſint) in privatis domibus retinere, minùſque eas contrectare, quòd nec quidem licitum eſt Sodalitatum Confratribus, quamvis Sacco indutis. *Conc. Colonien. 2. p. 3.*

XII. Cum inter pretioſas Eccleſiæ res Sanctorum Reliquiæ connumerentur, nemini, nec etiam Regularibus, licet ex Eccle- *C. Corpora ſanct. de conſecr. d. 1*

ſiis

ſi is illas, vel illarum partem auferre, ſibi retinere, vel aliis concedere, atque donare, imò neque radere, raſuramque, aut pulverem cum potu, vel alio juſculo tradere Infirmis ſanitatis recuperandæ gratia ſub pœnis arbitrio noſtro infligendis.

XIII. Si quid miraculoſi per Reliquias Sanctorum evenerit illicò Parochi, vel qui illas cuſtodiunt ad Nos deferant, ut quod noſtri muneris eſt adimplere valeamus. *Trid. ſeſſ. 25. cit. ſup.*

XIV. Nonniſi de licentia S. Sedis, vel reſpectivè Noſtra fiat publica, & ſolemnis tranſlatio Reliquiarum, vel Proceſſio in earumdem honorem, niſi inveterata conſuetudo aliter fieri permittat. Quando publicæ Fidelium venerationi fuerint expoſitæ thurificentur à Sacerdote ſtante, non genuflexo, qui in Proceſſione illas deferat ſine humerario, ſeu velo à collo pendente, utì geſtari ſolet Sanctiſſimum Euchariſtæ Sacramentum. *Gloſ. in l. fin. de Reliq. Hoſtien. in ſumma t. de Reliq. &c.*

XV. Officium, & miſſa non recitentur de aliquo Sancto Martyre, licèt in aliqua Eccleſia aſſervetur ejus Corpus, vel Reliquia inſignis ex deſcriptis in Breviario Romano, niſi eorum nomen in Martyrologio fuerit notatum, & conſtet præfatas Reliquias verè, & ſine hæſitatione eſſe Sanctorum, in præfato Martyrologio deſcriptorum, ex Decreto Sacræ Congregationis Rituum de die 2. Julii 1662. in tertia parte regiſtrando. *Cong. Sac. Rit. 3. Julii 1662.*

XVI. Non prohibemus tamen quòd hujſmodi Reliquiæ ad augendam Populi devotionem certis Dominicis, feſtiſque diebus exponantur, proùt exponi conſueverunt, dummodò Miſſa, & Officium recitetur de Dominica, vel feſto currenti.

XVII. Quò verò ad Imagines Sanctorum, quia ſemper in Eccleſia Dei à ſuis ferè incunabulis publicus earum cultus in uſu fuit, approbatus deindè in pluribus Conciliis œcumenicis, ideò mandamus aſſervari in Eccleſiis, & Oratoriis, eiſque debitam venerationem adhiberi. Nihil tàmen vel inhoneſtum, vel profanum exprimant, & præſeferant, quòd aut Eccleſiaſticæ diſciplinæ adverſetur, vel quod ex earum intuitu fœdæ cogitationis incitamentum præbeat, aliòquin deleantur, ſi minùs corrigi poſſint, aut igne comburantur juxtà Decretum cla: mem: Vrbani Papæ VIII. *Pra ceteris Nicen. 2. Trid. ſeſſ. 25. cit. Incipit. Sacroſancta Trid. Synodus die 15. Martii 1642.*

XVIII. In omnibus locis ſacris, præſertim ubi miſſæ celebrantur, & Officia Divina perſolvuntur, imagines eorum, qui Sanctorum albo non ſunt adſcripti minimè exponantur. Quapropter ne *Urb. VIII. Conſt. 39.*

ne ullus unquam ſuper hoc error obrepat, in locis antedictis non collocentur Imagines, niſi priùs à Nobis fuerint recognitæ, & benedictæ ſub pœnis graviſſimis juxtà Conſtitutionem præfati Urbani Papæ VIII.

XIX. In omni Villa, ſeu plurium Domorum aggregato, in quo nulla extat Eccleſia, nullumque Oratorium, per illius Loci homines, & habitatores conſtrui curetur ſaltem tabernaculum aliquod, in quo vel extollatur Crux Chriſti Domini, vel Imago aliqua Sanctorum depingatur, coram qua Fideles ibi degentes preces, & orationes effundere poſſint, & ſit in ſignum quod Chriſtianus Populus ibi degit.

Conc. Mediol. 1.

XX. Inſuper quivis Fidelis Imagines Sacras, præſertim Jeſu Chriſti è Cruce pendentis, ac Beatiſſimæ Virginis ad præſidium, & cuſtodiam in domo ſua, maximè verò in cubiculo retineat, eaſque orationibus veneretur.

XXI. Tabellæ depictæ, votaque ex argento, cera, vel cujuſvis alterius materiæ ſacris Imaginibus oblata nec venundentur, nec quovis titulo diſtrahantur, ſed ibidem, non quidem in Altari, ejuſque Icone, ſed hinc indè appenſa perpetuò conſerventur, dummodò ſint honeſtæ, & ad riſum non provocent, ut aliquandò accidit, quia tunc amovenda erunt, Nobis tamen priùs conſultis.

Conc. Mediol. 4.

XXII. Crucifixi Jeſu Domini Noſtri Imagines, maximè ſi ſculptæ, & grandiores fuerint, vulneribus ne dum ſignatæ, ſed inſuper copioſo ſanguine conſperſæ ſint, ità quòd aſpicientibus illas, ſacrum horrorem incutiant, & ad peccatorum Contritionem excitent; Neque enim fruſtrà antiquioribus Eccleſiæ ſæculis hujuſmodi Imagines, quantumvis ſacræ, veſte ità cooperiebantur, ut unicè Manus, Pedes, & Caput Redemptoris conſpicerentur.

XXIII. Profanæ imagines ad feſtorum ornatum nullibi nec intrà, nec extrà Eccleſiam, maximè ſacrarum Proceſſionum occaſione, exponantur.

S Cong. in una Venet. 22. Maji 1596.

XXIV. In pavimentis Eccleſiarum, atque in locis, in quibus ſordida proiici ſolent nec ſacrę Imagines, neque Cruces pingantur, & ſi quæ fuerint in illis, vel appenſę, vel depictæ, tolli jubemus, & quatenus fieri poſſit, honeſtiori loco collocentur, aliòquin vel comburantur ſi ligneæ ſint, & Cineres ſub pavimento Eccleſiæ reponan-

Sac. Cong. ubi ſupra. Acta Eccl. Med. Conc. provinc. 4. de inſtruc. fabricæ.

nantur, vel radantur, & deleantur, si fuerint depictæ. Idemque agatur, si Imagines prædictæ temporis diuturnitate, vel Aeris intemperie, vel alia quacumque de causa fuerint nimiùm corrosæ, & deturpatæ.

XXV. Porrò quia circa Imagines sacras Vulgi simplicitas erroribus obnoxia est, & Hæretici Catholicis Idolatriæ, & Superstitionis calumniam solent impingere, Parochorum partes erunt Populum suum instruere, quatenùs Imagines sacræ coli quidem, & honorari debent propter dignitatem, & Sanctitatem Prototypi, seù Exemplaris, ad quod ~~solùm~~ cultus ille refertur, sed preces, & obsequia ipsi Prototypo vivo, & in Cœlo regnanti cum Deo immediatè exhiberi debent.

Bellarm. tract. de SS. Imag.

Trid sess. 25 de Purg. tit. de SS. Ven.

XXVI. Insuper, ne superstitio, & infamis lucri nequissimum crimen occasione miraculorum per Sanctorum Imagines patratorum, seù patrandorum committatur, nevè Fidelium simplicitati quoquo modo illudatur, prohibemus sub gravissimis pœnis à Nobis irremissibiliter infligendis, ne quisquam sive Laicus, sive Clericus, etiam Regularis audeat Nobis inconsultis nova miracula promulgare, & prædicare. Quod si Omnipotens Deus propter Sanctorum merita, eorumque intercessionem miracula patrare complacita benignitate dignabitur, Nos statim consulant, & quid eo casu faciendum sit à Nobis explorent.

Conc. Trid. sess. 25. Decret. de Sac. Imag.

XXVII. Denique cum hìc occasio propitia detur, Parochis injungimus, ut Gregem suùm quisque admoneat de duobus erroribus, qui tantò plus Plebi Christi nocere solent, quantò minùs forsan considerantur.

Primus est, quòd in privatis domibus picturæ inhonestæ, & impuræ aliquando detinentur, & vix explicari potest quantùm spiritualis detrimenti ex illis oriatur, maximè in junioribus, qui etiam per oculos bibere solent, sicut aquam, iniquitatem; Ideo sub peccato gravi præcipiant omnibus, & singulis familias Patribus, aliisque ommbus Domus cujuscumque curam agentibus, ut hujusmodi picturas amoveant, vel saltem coopertas retineant.

Bellarmin. ubi supra

Alterum verò est, quod cum Populus plerumque quibusdam exterioribus, festivisque celebritatibus gaudeat sæpè sæpiùs honorare vel Sanctorum Reliquias, vel Crucifixi, aut etiam Beatæ Mariæ Virginis Sacras quasdam Imagines Miraculo-

rum

rum frequentia celebres, idque multotiès faciat potiùs ad oſtentationem, & inanis gloriæ cupiditatem, quam ad veram animi Pietatem excolendam; Ideò eoſdem Fideles admoneant tunc dictas celebritates eſſe nobis perutiles, quando cum vero devotionis fervore, & ſinceræ Pietatis affectu exercentur, quià virtus, & fructus veræ feſtivitatis in Innocentia morum, in Contritione peccatorum, in Obſervantia Divinæ Legis, & in Charitatis actibus conſiſtit, & tunc feſti dies in honorem Sanctorum ritè aguntur, quando imitari non piget, quos celebrare delectat.

D. Auguſt. ſerm. 47. de Sanctis.

CAP. XVII.

De Indulgentiis earumque publicatione, & uſu.

I. PER admirabilem virtutem Sacramenti Pœnitentiæ non ſolum deletur reatus, & pœna æterna remittitur peccatorum, verùm inſuper Sacroſanctis Jeſu Chriſti, B.M.V. Sanctorumque Meritis temporalis eoruindem criminum adhuc poſt Sacramentalem abſolutionem debita punitio, ex Materna S. Eccleſiæ Indulgentia interdum valdè minuitur, aliquando etiam pleniſſimè condonatur. At ne diſpenſatio hæc, & pretioſiſſima diſtributio meritorum Jeſu, ejuſque Sanctiſſimæ Matris, aliorumque Cœlituum, & laudatiſſimus Indulgentiarum uſus relaxationem potiùs quàm correctionẽ morum progignat, præcipimus Parochis, Confeſſariis, atque etiam Concionatoribus, ut verum, & legitimum Eccleſiæ Catholicæ Matris, & Magiſtræ noſtræ circa Indulgentias ſenſum Plebem Fidelium interdum, præcipuè verò Jubilei occaſione, accuratè edoceant, & inſtruant. Inſuper ad Cordis Contritionem, peccatorum Confeſſionem, & ad injunctorum à Summo Pontifice (qui Indulgentiarum diſpenſator eſt) operum humile, devotum, ac fidele adimplementum pro ſanctis Indulgentiis lucrandis paterna exhortatione excitent.

Trid. ſeſſ. 6. c. 14. de juſtific. Seſſ. 25. in dec. de Indulgen.

Trid. ſeſſ. 25. c. 21. de Indulg.

II. Et quoniam Fideles Nobis creditos pretioſi hujus Theſauri divitiis locupletari deſideramus, jubemus omnibus Eccleſia-

ſiarum Rectoribus, atque Officialibus Confraternitatum, ut præfatas Indulgentias à Sancta Sede, ſaltem pro feſto Sancti Titularis obtinere ſatagant, & elapſo tempore, ad quod fuerint conceſſæ, renovari curent. Idemque agant pro impetrandis Altaribus privilegiatis.

III. Novas Indulgentias nemo, niſi accedente conſenſu noſtro, atque duorum de Capitulo Cathedralis Eccleſiæ publicare audeat, quia aliàs Indulgentiæ nullius ſunt roboris, & valoris. *Trid. ubi ſup.*

IV. Ne Populus decipiatur quotieſcumque Indulgentia aliqua imposterùm impetrabitur, affigatur Tabella in Sacriſtia, in qua dies, menſis, & annus impetrationis deſcribatur, ut illa ceſſante amplius Fidelibus non annuncietur, uſquedùm à Sancta Sede renovata fuerit.

V. Eadem de cauſa Tabella illa cum inſcriptione: *Indulgenza Plenaria* ad Januas Eccleſiæ non affigatur, nec affixa remaneat, niſi eo die, pro quo Indulgentia conceſſa eſt, quo elapſo illicò amoveatur.

VI. Si Indulgentia non fuerit plenaria, ſed tantùm pro certo, atque determinato dierum, vel menſium, aut annorum numero, id omninò in Tabella prædicta clarè, & diſtinctè exprimatur, & omninò tollatur abuſus, quo aliqui ex Parochis ſemper exponunt Tabellam, in qua ſcriptum eſt: *Indulgenza plenaria*, etiamſi Indulgentia, quam Fideles ea die, eaque in Eccleſia lucrari poſſint, talis revera non ſit.

VII. Et quia in Brevibus Indulgentiarum his temporibus ſolet apponi clauſula: *Volumus autem, ut ſi aliàs Chriſti fidelibus dictam Eccleſiam qualibet anni die viſitantibus aliqua alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapſum duratura, conceſſa fuerit, præſentes literæ nullæ ſint &c.* Notum ſit ex Decreto Sacræ Congregationis ſuper Indulgentiis, in dicta clauſula minimè contineri Altaria privilegiata pro Defunctis, neque Indulgentias certo perſonarum generi ſolummodò conceſſas VG. Confraternitatibus, Regularibus &c. aut certum aliquod opus pium in ipſa Eccleſia peragentibus E.G. Litanias, aliaſve preces recitantibus, ac illis, qui Chriſtianam Doctrinam edocent, & qui Sacroſanctæ Euchariſtiæ Expoſitioni, & Depoſitioni interſunt, neque Indulgentias ſeptem Altarium, neque demùm quæ pro unica vice conce-

S. Cong. ſup. Indulg. 23 Junii 1676. cum approbat. Sanctiſſimi de die 28. martii 1677.

duntur; Cœterùm ſi alia Indulgentia plenaria, ſive perpetua, ſivè ad tempus à Romano Pontifice Omnibus Chriſti fidelibus Eccleſiam, vel aliquod ejus Altare, ſeù Capellam viſitantibus eodem anni die, vel etiam diverſo conceſſa fuerit, de qua non fiat in Litteris Apoſtolicis mentio, Literas nuper obtentas ob dictam clauſulam eſſe prorſus irritas, & nullas admonemus.

CAP. XVIII.

De Sacris Proceſſionibus.

I. Ad expugnandam Jericho precepit olim Deus Ioſve, ut Sacerdotes ſepties circuirent eam tubis clangentibus. Forſitan hinc ſumpſit Eccleſia Chriſti exemplum ad oppugnandam Cœli arcem, quæ vim patitur, & quam violenti unicè rapiunt, inſtituendo videlicet Proceſſiones Sacras, Litaniaſque diverſas, quarum vi Clerus, & populus in Vota effuſus extorquere poteſt de manu Domini ultionum juſtæ iræ ſuę tela in ſcelera noſtra parata, & conſequi gratias, atque benignos favores, quibus ſæpe indigemus. At ne humana perverſitas iiſdem Orationibus Deum provocet ad iracundiam, quibus Illum Sancta Eccleſia intendit placatum, & propitium reddere, ideo nonnulla, quæ propter hoc duximus prę cipienda, infra notabimus.

Joſue Cap. 6. 5

Matth. 11. 12.

S. Congr. apud Barboſ. de off. Parochi. c. 12. n. 3.

II. Vetamus in primis, ne abſque permiſſione noſtra in ſcriptis habenda ullæ novæ Proceſſiones inſtituantur, etiam à Regularibus, quos admonemus, ne ſuper hoc velint propria privilegia extendere,

III. Ad Proceſſiones ſolemnes, nempè Rogationum, Litaniarum majorum, & ſimilium juxtà conſuetudinem Civitatis, & Terrarum, ſeu Oppidorum, aliorumque Locorum Diœceſis, præcipuè verò ad ſolemniſſimam illam Sacratiſſimi Corporis Chriſti quotannis celebrandam omnes Clericali militiæ adſcriptos cujuſcumque gradus, & conditionis, non ſolùm in majoribus, ſed etiam in minoribus conſtitutos imò Tonſura ſolùm initiatos convenire volumus, atque prę cipimus veſte talari, ſuperpelliceo, propriiſque Inſignibus indutos & cum decenti Tonſura. Qui deerit abſque legitima cauſa à Nobis in Civitate, in aliis verò Diœceſis Locis à Parochis approbanda aureo uno pro ſingulis vicibus mulctabitur.

IV.

IV. Interſint etiam Regulares omnes habitu integro ſuæ Profeſſionis amicti cum propriis Inſignibus, & Cruce, quam ſemper præcedant vel duo Intorticia, vel Cerei ardentes. *Trid. ſeſſ. 25. C. 13. de Regul.*

V. Idem faciant Sodales quarumcumque Confraternitatum propriis ſaccis induti, capite cooperto, & velata facie more Pœnitentium, quorum formam gerunt. *Gavant. In Manual. V. Confrat.*

VI. Statutis horis dato ſigno per ſonitum Campanæ omnes conveniant ad Eccleſiam Cathedralem, vel Parochialem, ſeu ad illam, à qua de more, ſeu ſpeciali aliquo titulo Proceſſio inchoanda erit. At per eam, vel ante fores ejus nullo modo vagentur, ſed orantes in loco delecto ibidem expectent, donec per eum, ad quem attinet, vocati, ſub proprio Vexillo bini, & bini adinſtar Diſcipulorum Chriſti procedant cum gravitate, & modeſtia cantantes alternàtim preces, vel ſervantes ſilentium, æqua inter ſe diſtantia, lento magis quàm feſtino gradu, & cum ordine, quem nulli liceat interturbare, ad deſignatam Eccleſiam, & conſuetos Proceſſionum terminos pergant.

VII. Si proceſſio fuerit in honorem Venerabilis Sacramenti omnes aperto capite progrediantur, unicè exceptis Confraternitatum Sodalibus, qui ſemper in ſignum Mortificationis, & Pœnitentiæ modo ſuperiùs præſcripto debent procedere. *Decre. plur. S. Rit Cong.*

VIII Viæ, per quas Sacratiſſimum Chriſti Corpus deferendum erit, à pulvere, & ſordibus expurgentur. Muri hinc inde, vel ſaltem feneſtræ auleis ſtragulis, aut alio paramentorum genere ornentur ad imitationem eorum, qui Redemptori Jeruſalem ingredienti ramos Palmarum, & veſtimenta proſternerunt in via. *Conc. Med. 4.*

IX. Officinæ omnes eo tempore claudantur, & ne oculi, Animique tranſeuntium à Sacroſancta Actione deflectant, prohibemus ſub pœna quatuor aureorum ne fiant ſive profanæ, ſive Sacrę repræheſentationes, quas prohibitas eſſe intendimus ſub eadem pœna cæterarum proceſſionum occaſione. *Sac. Cong. Epiſ. & Reg. 2. Julii. 1603.*

X. Imagines Sanctorum poterunt utique ad ornatum viarum parietibus Domorum appendi, non tamen tabulæ, in quibus profanæ, vel ridiculæ actiones, vel etiam Virorum, vel Mulierum Imagines vulgò Ritratti depictæ fuerint. *Conc. mediol. ſup. cit.*

XI. Non audeat ullus, dum Sacratiſſima Euchariſtia defertur, è feneſtris aſpicere, multò minus proiicere flores ſupra *Gavant. in man. Epiſ. U. Proceſſio n. 41.*

Baldachinum, ſed qui Proceſſioni non intererint ad januam ſuę Domus proni illam adorent.

XII. Laudabilem illam conſuetudinem approbamus, quod ſi in viis, per quas facienda eſt Proceſſio nullæ ſint Eccleſiæ, vel Oratoria, erigantur in loco decenti quædam Altaria congruenter ornata, & Baldachino cooperta, ſuper quibus reponatur Sacramentum, & thurificetur, & ſimul qui illud defert paululùm requieſcat.

Conc. Med. 4. provinc. Cong. Epiſc. apud Nicol. 2 Julii 1613.

XIII. In Proceſſionis tranſitu Sclopi, aliaque tormenta bellica non explodantur, niſi fortè in loco ſatis diſtante, ut mentis diſtractio, & periculum offenſionis, quantùm fieri poteſt evitetur.

Gav. loco ſup. cit. n. 21. & 22.

XIV. Dum illa exit ab Eccleſia, & ad eam revertitur, pulſentur Campanæ, ſivè Cathedralis, ſivè Parochialis Eccleſię, nec non aliarum, dum prope eas progreditur.

Trid. ſeſſ. 25. c. 13

XV. Porrò ſi circa præcedentiam controverſiæ, quæ vix à Superbiæ Spiritu, & Plebis ſcandalo rariſſimè ſeparari ſolent, intempeſtivè oriantur, eas ad Nos deferri jubemus; Quod ſi obloci diſtantiam, vel temporis angustiam id fieri nequeat, ad ſalvanda Partium Jura, quid faciendum ſit, Parochus jubeat, & factis conſueto modo proteſtationibus, unuſquiſque pareat ſub pœna ſex aureorum, & qui præcedendi potiorem rationem habere crediderit promptior ſit ad cedendum: Nullum enim ſibi præjudicium inferet recumbendo in noviſſimo loco, ſed aliquandò gloriam coram omnibus conſequetur, quando ſcilicet Judex dirimendo litem inquiet: *Aſcende Superiùs.*

Riff. Hier. Verb. Proceſſio §. 23.

XVI. Extra Civitatem die Corporis Domini Proceſſio non habeatur, niſi ab Eccleſiis Plebaniis, vel aliis, quæ per immemorabilem Conſuetudinem hujuſmodi privilegio gaudent. Et ad hujuſmodi Proceſſiones omnes, & ſingulos Sacerdotes, & Clericos intra Plebaniæ terminos degentes intereſſe præcipimus ſub pœnis ad arbitrium. Quod ſi nullus Sacerdos, vel Clericus adſit, advocetur ſaltem unus ex aliena Plebania Eccleſiaſtici Ordinis, ſine quo Proceſſio facienda non erit, & hoc ſervari volumus etiam in Proceſſionibus ejuſdem Sacratiſſimæ Euchariſtiæ, quæ in Dominicis per menſes fieri conſueverunt. Quod ſi Parochus contrafecerit, reus erit gravis inobedientię, & ad arbitrium punietur.

XVII.

XVII. In præfatis Processionibus etiam per menses fieri solitis Baldachinum non deferatur à Secularibus, nisi sint habitu more Civilium induti; Rurali enim habitu amictis id omninò interdicimus, & prohibemus, ideòque, si per eos deferendum sit, Saccos Societatis induant.

XVIII. Lumina præcedant, semperque comitentur Augustissimum Sacramentum non minùs quàm duodecim, maximè in Processionibus solemnibus, quorum duo saltem laternis occlusa deferantur, ne detur casus quod omnia lumina extinguantur. Faces autem, seu Intorticia in hujusmodi Processionibus, etiam pro sacro Viatico deferenda, non sint adeo consumpta, & decurtata, ut vix manibus gestari possint; Hoc enim tanti Sacramenti majestatem maximè dedecet.

XIX. Veramus non solùm Parochis, sed & cæteris Sacerdotibus, & Clericis, ne in Processionibus sacris cujuscumque generis, etiam pro associandis Cadaveribus Defunctorum, audeant uti pileis ex palea confectis, vel sericis, nigrisque velis, seu sudariolis collo circumligatis loco Collaris albi, & qui ausus fuerit secus facere non erit impunis, sed ad arbitrium mulctabitur.

Renovandum censemus Decretum aliàs emanatum in Synodo per fœl. rec. Archiepiscopum Angelum Pichum, hujus Ecclesiæ Emeritissimum Antistitem sub Tit. 28. de Processionibus, quod de verbo ad verbum infrà registrandum duximus, videlicet.

A' Processione nullus discedat, neque per viam eam deserat, donec ad eandem Cathedralem pervenerit, & preces terminatæ fuerint, sub pœna Regularibus, & Societatibus universis quatuor aureorum, & Clericis sub pœna duorum, & aliis arbitrio: Quæ omnia in Locis nostræ Diœcesis, in eorum Matrice, vel in principali Ecclesia, vel alibi juxta solitum inviolabiliter serventur. *Ex Synodo de anno 1650.*

Nos autem hujusmodi Decretum explicantes adiicimus fore intelligendum tantummodo de Processionibus Rogationum, & Litaniarum Majorum, & in hac Civitate etiam de illa, quam in pervigilio Assumptionis Deiparæ fieri consuetum est. Cæterum in Processione Solemni Corporis Domini satis erit, si eam comitentur ad Ecclesiam Parochialem Sancti Jacobi Ordinis Prædicatorum, ut moris est, excepto Clero Cathedralis, qui *& ex Synodo Prov. Florent. de anno 1573 Rub. de processi. c. 1.*

ad

ad propriam Eccleſiam Sacratiſſimum Chriſti Corpus juxtà conſuetudinem debet reducere.

XX. Sub pœnis ad placitum noſtrum, & quidem gravibus prohibemus, ne Sodalitatum Confratres Saccis induti audeant divertere ſe per Civitatem, & loca publica ad vendendum, & emendum &c., multòque minùs ad manducandum coram Populo, vel bibendum, ſed memores ſint habitus pœnitentialis, quem geſtant.

Gavantus in man. Epiſc. Verbo Proceſſio n. 43.

XXI. In Ruralibus verò Locis prohibemus inſuper ne occaſione, & prætextu Sacrarum Proceſſionum fiant commeſſationes publicæ, ſivè à Laicis, ſivè etiam à Clericis, nevè dictarum commeſſationum gratia, dum proceſſionaliter pergunt commeſtibilia deferant, cum id rarò fiat ſine Plebis tumultu, & Animarum detrimento. Quare ſuper hoc Parochiorum vigilantiam, & Zelum relucere ſummoperè deſideramus.

XXII. Denique in Viſceribus Jeſu Chriſti obſecramus Laicos ſacras Proceſſiones comitantes, ne Dei miniſtros ſolvendis præcibus intentos diſtrahant, immiſcendo ſe, vel Clericorum, vel Regularium Ordinibus, vel ad latera comitando, & alloquendo illos, ſed Viri immediatè poſt Clerum orantes, vel ſaltem in devoto ſilentio procedant. Fœminæ deindè depoſitis ornamentis ad luxum factis, velato capite, & dejectis oculis omnino à Viris ſeparatæ Immaculatum Agnum Dei conſociantes ſuccedant; cujus quidem Decreti, ſicuti & cæterorum obſervantiam Zelo Parochorum ſummoperè commendamus.

Gav. citat. locis n. 40.

CAP.

CAP XIX.

De Festorum Dierum Cultu.

I. Præceperat in Veteri Lege Dominus Populo suo Sabbati observantiam, atque sanctificationem, ut in uno saltèm hebdomadæ die Deum, & Conditorem suum aliquo externo cultu veneraretur, & coleret. Consumata deinde præfata Lege Moysis, Christus Jesus Servator, ac Legifer noster hoc idem Nobis præcepit, & Ecclesia sua Sancta Divino ducta Spiritu Sabbatorum celebritatem in Dies Dominicos transtulit, quibus alios festivos dies nedum ab initio, sed etiam decursu temporum & consequentibus sæculis addidit, ut homines à terrenis negociis, corporisque laboribus expediti unicè Deo vacarent, & Redemptionis nostræ Mysteria, Victoriasque eorum, qui Triumphatores de Mundo cum Christo regnant in Cœlo, recolentes Divinæ Majestati, atque Sanctorum meritis debitum honorem impertirentur. At (quod maximè dolendum est) hoc mandatum, Divinum paritèr, & Ecclesiasticum prava quędam Consuetudo ita labefactavit, profligavitque, ut vix reparationi locus superesse videatur. Attamen ne super Populum nostrum dilectissimum cadant flagella, quæ derjdentibus Sabbata ejus comminatus est Dominus in Scripturis Sanctis, majori, quo possumus, studio perversæ huic corruptelæ providere volumus, & intendimus, proindèque infra notanda strictissimè præcipere decernimus.

Exodi 35. 2.

Matth. 5. 17.

C. 3. de Feriis

D. Thomas 22. q. 122. art 2.

Threni 1. 7.

II. Parochialium Ecclesiarum Rectores Festa omnia de præcepto, sivè fixa, sivè mobilia, juxtà notulam in fine hujus capitis apponendam per unamquamque hebdomadam recurrentia in præcedenti Dominica inter Missarum solemnia Populo denuncient, ac antecedenti die post signum vespertinum Salutationis Angelicæ, & ipsa festivitatis die in aurora per aliquod temporis spatium Campanę sonitu Solemnitatem Populo iterùm indicent.

C. pronunciandum dist. 3. de Consecrat.

Pontif. Rom. p. 3. in principio. Constit. B. Pii V. Incip. Cum primum

III. Ulterius in Epiphania Domini, & in festo Omnium SS: Edictum de observantia festorum, & elenchum eorum operum, quæ in festis operarè licebit, prout in secunda parte adnotabitur, quando major erit concursus Populi, promulgent, & ad exactam observantiam hortentur.

IV.

IV. Officinas festis diebus publicè apertas retinere nulli liceat,
Synodus diœces. ann. 1650. tit. de fest. dier. cultu. c. 2. etiamsi eorum mercimonium consistat in rebus ad victum humanum, & Infirmorum curationem necessariis, sub pœna Contrafacientibus scutorum duorum, illis tantum exceptis, quibus per turnum, seù rotam ab illis ad quos spectat præscribendam, cum participatione tamen nostra, vel nostri Vicarii Generalis in Civitate; In aliis verò Diœcesis nostræ Locis de Parochorum consensu ad vendendum præfata pro eo die contigerit deputari.

V. Volumus autem, ut neque isti Officinas omni ex parte aperiant, sicuti diebus ferialibus fieri consuevit, sed in ea sola, quam dicunt *loSportello*, ita quod pateat quidem ad illas Emptoribus ingressus, dũ transeũtibus per viã vendibilia ultro non sint exposita.

Syn. prov. flor. sapius cit. VI. Tonsores, Sutores, & Calceolarii, aliique hujusmodi artes exercentes, quæ non sunt de præcisa hominum necessitate festivis diebus officinas omnino claudant, ne sub mẽdicato prætextu ad emendum Emptores invitent.

Synod. prov. flor. VII. Rurales homines, & quoscumque alios agrorum Cultores, qui festis diebus ausi fuerint arare, seminare, ligonizzare fodere, boves jungere, & his similia peragere, condemnamus, confirmantes Decretum Antecessorum nostrorum, in duobus aureis de Camera pro qualibet vice solvendis.

VIII. Messium, & Vindemiarum tempore licitum esse etiam Dominicis, festisque diebus ad fructus terræ colligendos laborare
Cong. Conc. in C. quem die 2. Aug. 1631. communis sententia Doctorum sustinet. Verum noverint omnes id minimè licere absque Prælati licentia, prout declaravit Congregatio Sacri Concilii Tridentini Jnterprætum, cujus Decretum ad notitiam omnium in tertia parte apponemus.

IX. Verùm, ut occurentibus Rusticorum necessitatibus, ut
Cong. Conc. in Stungulen. 17. Junii 1645. æquum est, provideamus, hoc præsenti nostro Decreto Parochis facultatem impartimur, onerata tamen eorum Conscientia, quod juxtà præfatæ Sacræ Congregationis præscriptum, pro fructibus Terræ colligendis, ut necessitas postulaverit, licentiam Populanis, (dummodò Sacrum priùs audiant) dare queant, ad tempus tamen, & non quidem indefinitum, sed expressè determinatum, non uni, vel alteri tantùm personæ particulari, sed generaliter omnibus indigentiam habentibus, & hoc indicent infrà missarum solemnia.

X. Qui verò ante prædictam licentiam, vel aliis temporibus

ru-

rusticale aliquod opus exercuerint, & merces evehendo, vel invehendo vecturam fecerit (exceptis tamen comestibilibus, quæ portari solent, ut publicè pro omnium utilitate vendantur) mulctamus in duobus ducatis de Camera. *C. 1. & cap. Conquæstus de feriis.*

XI. In casibus præmissis, qui servilia opera exercuerit, non priùs officinas aperiat, vel merces in plateis, & aliis locis publicè vendendas exponat, quàm præcepto audiendi Sacrum satisfecerit, & hoc idem servetur ab illis, qui ex Civitate, vel alio loco diebus festis discedere volverint, nisi eò ituri sint, quò propter itineris brevitatem Sacrum audire possint. *Syn. Diœces. Angeli Picb. tit. de fest. c. 6.*

XII. Dum in Ecclesis, seu Oratoriis Festum aliquod celebrari contigerit, prohibemus propè dictas Ecclesias, & Oratoria ludere, Choreas ducere, & alia peragere, quæ per Circulatores, Præstigiatoresque fieri solent, sub pœna quatuor aureorum, aliisque ad arbitrium singulis Contrafacientibus, ne Divina perturbentur, nevè Populus dictarum nugarum avidissimus à Devotionis actibus retrahatur. Et hoc idem servetur, dum in aliis Ecclesiis, præsertim Parochialibus, vel Divina Officia celebrantur, vel Doctrina Christiana Pueris explicatur, imò Choreas precipuè publicas quocumque loco fieri diebus festis de præcepto absolutè prohibemus sub pœna predicta. *Constit. 3. Pii V. Cong. Epis. de 10. Aug. 1591. & plurib. aliis decretis.* *Conc. Rom. sub Eugenio 11. cap. 35.*

XIII. Sæcularis autem regiminis Præfectos tamquam pios, & de Christiana Religione solicitos, hortamur, & majori, quo possumus Charitatis ardore obsecramus, quòd nobiscum suam impendant operam, ut quæ superiùs ad Dei gloriam, & Animarum salutem injúximus fideliter, & exactissimè observentur *Synod. ferè omn. Eccl. Italiæ* *Constit. 3. Pii V. sup. cit.*

XIV. Mercatus non fiant, exceptis illis usque modò licitè introductis, qui vulgò *Fiere* dicuntur. Profanæ negociationes, & Judiciorum strepitus quiescant. Nulli contractus celebrentur præter eos, qui ad Sponsalia, Matrimonia, & Pietatis opera pertinent. Transgressores duorum ducatorum pœnam subibunt. *Conc. Arelat. Cap. 16* *Conc. Med. 1. tit. de dierum festor. cultu.*

XV. Hortamur enixè in Domino omnes, atque seriò monemus, ut Festis Diebus Parochias frequentare non omittant. In eis enim iidem Festi Dies Jejunia, Ordinandorum, Matrimonio jungendorum Denunciationes, insuper admonitiones, & instructiones plurimæ juxtà hujus Synodi Decreta à Parochis facienda erunt, ideò eas audire non recusent, id enim omisisse nihil proderit ad excusandas excusationes in peccatis.

XVI. Cum irrepserit abusus, quo nonnulli ex Parochis, dum Sanctorum proprię Ecclesię Titularium festivitates, vel alias consimiles celebrant, magis parandis lautis conviviis, quàm ornandæ Ecclesiæ incumbant, itaquòd Altaria neglecta, atque inculta, profana verò Mensa opiparè instructa conspiciatur, (&quod magis dolendum est) dum Spiritualibus sermonibus condienda esset, vanis, scurrilibusque colloquiis sæpè strepitat, ideo sub pœnis pecuniariis, aliisque gravioribus arbitrio nostro infligendis præcipimus, quod in præfatis solemnitatibus satagant omni studio, & diligentia propriam Ecclesiam tamquam Sponsam adornare, ut fidelis Populus ad ferventiorem Devotionis affectum excitetur, & è contra prandium ea parsimonia præparent, ut sit vera refectio Sacerdotum, qui juxtà Apostoli monitum tenentur *stabilire Cor gratia, non escis*, maximè dum recolunt memoriam Sanctorum, qui Gloriam Æternam adepti sunt, non epulis, & conviviis, sed abstinentia, & jejuniis.

De Consecr. dist. 5. C. nullus Presbyterorum Dist. 35. C. Epis. de vit. & honest. Cler. Ad Hebr. 13. 9.

XVII. Si contigat Festum Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, & Sancti Joseph celebrari in feriis Majoris Hebdomadæ, quid tunc faciendum erit Parochi dignoscere poterunt ex Decretis Sacræ Rituum Congregationis, quæ in tertia parte describentur.

Ca-

Digitized by Google

Cathalogus, ſeù Notula Feſtorum, quæ præter Mobilia in Civitate, & Diœceſi S. Miniatis de præcepto ſervari debent.

Januarii 1. Circumciſionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti.
6. Epiphanię ejuſdem.
Februarii 2. Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.
24. Sancti Mathiæ Apoſtoli, & 25. anno biſſextili.
Martii 19. Sancti Joſeph Confeſſoris.
25. Annunciationis Beatę Marię Virginis.
Maji 1. SS. Philippi, & Jacobi Apoſtolorum.
3. Inventionis Sanctæ Crucis.
Junii 24. Nativitatis S Joannis Baptiſtæ.
29. SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum.
Julii 25. S. Jacobi Apoſtoli.
26. S. Annæ Matris Beatæ Mariæ Virginis.
Auguſti 10. S. Laurentii Martyris.
15. Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis.
24. S. Bartholomæi Apoſtoli
27. S. Geneſii Martyris Titularis Cathedralis, & Diœceſis noſtræ præcipui Patroni.
Septembris 8. Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis.
21. S. Matthæi Apoſtoli.
29. Dedicationis S. Michaelis Archangeli.
Octobris 25. S. Miniatis Martyris in Civitate tantùm.
28 SS. Simonis, & Judæ Apoſtolorum.
Novembris 1. Omnium Sanctorum.
30. S. Andreæ Apoſtoli.
Decembris 8. Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis ex venerabili Conſuetudine in noſtra Diœceſi, quam ſummoperè laudamus.
21. S. Thomæ.
25. Nativitatis D.N.J.C.
26. S. Stephani Prothomartyris.
27. S. Joannis Apoſtoli, & Evangeliſtæ.
28. SS. Innocentium.
31. S. Silveſtri Papæ.

In unaquaque Parochia ſervari debet ex devotione Feſtum Sancti Titularis, & Dedicationis Eccleſiæ, abſque tamen incurſu peccati mortalis ſtante Bulla Urbani Papæ VIII.

Feſta Mobilia de Præcepto.

Paſcha Reſurrectionis D.N.J.C. cum duobus diebus immediatè ſequentibus.

Aſcenſio ejuſdem in Cœlum.

Pentecoſtes cum duobus pariter immediatè ſequentibus.

Sacratiſſimi Corporis D.N.J.C.

Omnes Dies Dominicæ per annum.

CAP. XX.

De Jejuniis, eorumque Obſervantia.

I. JEjunium, quod exemplo ſuo Chriſtus Dominus conſecravit, judicio Sanctæ Eccleſiæ omnibus ad æternam ſalutem nedum perutile, verùm, & neceſſarium eſſe cenſetur, lapſis quidem ad agendam Pœnitentiam, juſtis verò ad Innocentiam ſervandam. Etenim, dum cibi contractione carnis petulantia coercetur, alimento virtutis Spiritus impinguatur, dumque ebullientis ſanguinis ardores extinguuntur, fervor caſtitatis accenditur. Benè igitur, ſanctèque jejunia nonnulla eadem Catholica Eccleſia ſtatis temporibus inſtituit, quæ exactiſſimè obſervari deſideramus, ideò infraſcripta executioni mandari jubemus.

Matth. C. 4.2.

D. Auguſt. ſerm. 130. de Tempore

II. In primis Parochi Populum edoceant *non in ſola abſtinentia ciborum noſtri ſtare ſummam Jejunii, neque fructuosè ventribus eſcam ſubtrahi, niſi mens ab iniquitate revocetur, & tunc ſolum nobis prodeſſe Jejunia, quando Divinæ ſunt placita Pietati.* Tunc verò Pietati Divinæ placere, quando mens noſtra ſectando juſtitiam à culpa jejunat. Hanc verò Catholicam veritatem præcipuè explicent ante initium Sacratiſſimæ Quadrageſimæ, ne detur caſus, nimis ſanè deplorandus, quod aliquis toto illo tempore jejunet, & culpa læthali reus, nullum ad æternam ſalutem meritum conſequatur.

D. Greg. ſerm. 4. de Quadrag.

Trid. c. 5. ſeſſ. 14. de pœnitentia.

III. Præ-

III. Præterea ut præfatum acceptabile tempus Quadrageſimæ Spirituali quo debet profectu à populis percurratur, & eo durante omnis occaſio culpæ mortalis evitetur, a Feria quarta Cinerum uſque ad Octavam Paſchatis incluſivè, Comedias, & tripudia, publicoſque conventus ad ludendum, & ſaltandum, vulgò *Feſtini*, diſtrictè prohibemus, & ne cogamur Eccleſiæ gladios adhibere contra inobedientes enixè rogamus Reg. Celſit. Magni Ducis noſtri, ut mandet illorum auctores, ſi dentur, gravibus pœnis mulctari, atque puniri. *C. Jejunium dist. 5 de Conſ. C. nihil enim. Eadem dist. C. Jejunium dist. 76.*

IV. Obſervari inſuper mandamus omnia, & ſingula quæ continentur in Edicto ſuper hac re emanato de ordine Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. Clementis XI. feliciter regnantis, quod in tertia parte tranſcribetur, & à Parochis in Inſtructione populo facienda Domin. Quinquageſimæ inter Miſſarum ſolemnia promulgari, & declarari jubemus. Qua occaſione annuncient plebi ſuæ qua die erit Quadrageſimalis Jejunii initium, & ad illius obſervantiam verbis ejuſdem Inſtructionis ut in ſecunda parte, excitent, & inflamment. Media verò nocte diem Cinerum præcedente ſonitu Campanæ majoris per dimidiam horam, de ejuſdem Jejunii principio omnes iterũ commonefaciant. *Edictum pro Obſerv. Quadrag. de die 15. Feb. 1704.*

V. Prætereà quotiès per hebdomadam occurrat vigilia, & jejunium aliquod de præcepto, Parochi partes erunt Dominica præcedente nedum illud Populo annunciare, ſed & notum facere qua hora præcedentis noctis Jejunium ſubſequens erit inchoandum, cujus rei gratia notulam vigiliarum de præcepto apponemus in fine hujus capitis, appoſituri poſtmodum in quarta parte Tabulam horariam. *C. 1. dist. 3. de Conſecr. C. 2. de Obſer. Jejun. dist. 76.*

V. Moneant inſuper Jejunium ſemper inchoandum eſſe à media nocte prçcedente diem Jejunii uſque ad noctis ſubſequentis medietatem: Non licere in Dicœceſi noſtra veſci lacticiniis; Non enim ſuper hoc Indulto Apoſtolico gaudemus, de quo gloriari debemus, non autem invidere cœteris Dicœceſis noſtræ finitimis, & circumſtantibus, qui præfato privilegio fruuntur. Edoceant prætereà utriuſque ſexus Juvenes poſt vigeſimum primum annum completum ad jejunandum obligari, niſi aliqua cauſa legitima illos eximat. Deniquè explicent quomodo ſit jejunandum, ſcilicet quòd non niſi ſemel in die, & quidem poſt meridiem comedant, nec aliam deindè refectionem, præterquàm *Trid. ſeſſ. 25. in decr. de delectu Cib. C. 1. dist. 3. C. 1. de Obſ. Jejunii dist. 76.*

ſerò.

ſerotinam, ſed parciſſimam Eccleſiæ permiſſu capiant.

Synod. Provinc. Flor. ſupra cit. rubr. de Jejunio c.2.

VII. Quicumque in Civitate degunt à Præcepto Quadrageſimalis Jejunii infirmitatis cauſa non eximantur, niſi legitimum impedimentum probaverint, producto medici Teſtimonio, à Nobis, vel Vicario Noſtro Generali in Civitate; in Terris verò, ſeù Caſtris à Præpoſitis, Plebanis, & Prioribus ſubſcribendo. Rurales verò, qui ſine gravi incommodo Doctorem Medicum conſulere nequeunt, proprios Parochos adeant, à quibus ſatis erit diſpenſationem obtinere.

VIII. Omnes, & ſingulos Parochos, atque Doctores Phiſico-Medicos ſuper præfatis diſpenſatores, monemus in Domino, quod æquè reſpiciant vultum Pauperis, & Potentis, & meminerint, quòd ſuper iis, quæ Sancta Mater Eccleſia præcipit ſub culpa gravi, non levi de cauſa abſque peccato itidem gravi diſpenſare poſſunt, & proindè conſulant propriam Conſcientiam, quam diſtrictè coram Deo oneramus.

Syn. Prov. ſup. cit. & decret. Apoſtol.

IX. Tabernarii, & hoſpitium exercentes Quadrageſimali tempore, aliiſque Jejuniorum de præcepto diebus nulli cujuſvis conditionis, & gradus carnes, & cibos vetitos comedendos præparent, niſi eis de legitima licentia conſtet, ſub pœna peccati gravis, aliiſque pœnis arbitrio noſtro infligendis.

Cap.2. de Obſer. Jejun.

X. Tempore Quadrageſimalis obſervantiæ, qui pro uſu infirmorum ad Carnes, aliaque comeſtibilia vetita vendenda ſelecti fuerint, illa publicè non exponant, ſed intùs in officina retineant, & vendant, cujus oſtium ſi tantummodò ad mentium ingreſſum apertum retineretur, valdè laudabile eſſet; Cujus quidem Decreti obſervantiam enixè commendamus Regiæ Celſitudinis Viceſgerentibus, & Juſdicentibus, quorum zelum invocandum duximus, & promptum fore non dubitamus.

Sac. Rit. Cong. decret.

XI. Si occurrat Jejunium, & Vigilia S. Mathiæ Apoſtoli feria tertia poſt Dominicam Quinquageſimæ, Parochi moneant omnes, qualitèr nulla habita ratione carniſprivii non licèt præfatum jejunium anticipare, undè prædicta feria tertia erit omninò obſervandum, ex Decreto Sacræ Rituum Congregationis ſub die 23. Januarii 1694. quod in tertia parte deſcriptum invenient.

XII. Deniquè, quia pernicioſus temporibus noſtris crevit abu-

abuſus, quod ſcilicèt Jejunia, quæ ab Eccleſia ſub præcepto præſcribuntur, ut plurimùm negligantur, quæ verò quiſque ſuo ſibi arbitratu proponit religioſiſſimè obſerventur; Parochi ſatagant Fidelium ſuorum mentes ſuper hoc, ut oportet, illuminare, ut tandem error iſte eorum diligentia, & Zelo in Diœceſi noſtra penitùs extirpetur.

Notula Jejuniorum ex Eccleſiæ Præcepto.

Quadrageſimæ ſinguli dies, Dominicis tantùm exceptis.

Cujuslibet anni quatuor Tempora, videlicèt.

Hyemalia. Menſe Decembris feria 4. 6. & Sabbato immediatè poſt Feſtum S. Luciæ Virginis, & Martyris.

Vernalia. Præfatis diebus poſt primam Dominicam Quadrageſimæ.

Æſtiva. Diebus prædictis poſt Sacratiſſimum Feſtum Pentecoſtes.

Autumnalia. Menſe Septembris diebus prędictis immediatè poſt Feſtum Exaltationis Sanctæ Crucis.

Vigilia Pentecoſtes.

Menſe Februario Die 23., & in anno Biſſextili die 24. Vigilia Sancti Mathiæ Apoſtoli.

Menſe Junii Die 23. Vigilia Nativitatis S. Joannis Baptiſtę.
Die 28. Vigilia SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli.

Menſe Julii Die 24. Vigilia S. Jacobi Apoſtoli.

Menſe Auguſti Die 9. Vigilia S. Laurentii Martyris.
Die 14. Vigilia Aſſumptionis Deiparæ.
Die 23. Vigilia S. Bartholomæi Apoſtoli.

Menſe Septembris Die 20. Vigilia S. Matthæi Apoſtoli.

Menſe Octobris. Die 27. Vigilia SS. Apoſtolorum Simonis, & Judæ.
Die 31. Vigilia Omnium Sanctorum.

Menſe Novembris Die 29. Vigilia S. Andreæ Apoſtoli.

Menſe Decembris Die 20. Vigilia S. Thomæ Apoſtoli.
Die 24. Vigilia Nativitatis D.N.J.C.

Qualibet feria ſexta, & Sabbato per totum annum eſus Carnium omnibus interdicitur. *C. Sabbato diſt. 3. de conſecr.*

De-

CAP. XXI.

De Sacroſanctis Eccleſiis, Altaribus, & Cœmeteriis.

1. QUamvis Deus in Templis manufactis habitet, ut inquit Apoſtolus, non tamen eis indiget, cum per totam Æternitatem unicè in ſe ipſo feliciſſimus habitaverit; attamen ſpecialis benignitatis ſuæ munere in Eccleſia, tamquàm in Domo ſua cum ſuis omnibus habitare non dedignatur; Ibi Fidelium ſuorum preces, & vota recipit, & clementer exaudit; Ibi Gratiæ ſuæ Dona largiſſimè diffundit; Ibi Viventes Miſericordiam, Defuncti Requiem conſequuntur: Ibi renaſcimur ad Cœlum, ibi nutrimur per Gratiam, ibi dum morimur veram conſequimur vitam, ibi denique Redemptor Noſter oſtendit quàm verè dixerit delicias ſuas eſſe cum filiis hominum. Qua ergo Pietate, qua Religione Locus talis, qui juremeritò terribilis eſt, & dicitur, erit ab omnibus cuſtodiendus? Quid pro ejus decore, quid pro cultu, quid pro veneratione ejus, quæ Dei ædificatio eſt, Dei ſtructura eſt à nobis erit agendum? Imitatores Chriſti Jeſu flagellum de funiculis facere, infraſcripta videlicèt Decreta condere, & promulgare decrevimus reſpectivè ad omnibus ſub pœnis gravibus obſervanda.

Act. 17. 24.

2. Paralip. 7.

C. Pulchra diſt. 86. Trid. ſeſſ. 22. de Ref. c. 7.

II. In primis Parochorum, aliorumque Sacerdotum, qui gubernandis, regendiſque Eccleſiis præficiuntur partes præcipuæ erunt, ut eæ tamquam ſponſæ ornatæ viro ſuo omni ex parte nitidæ, & à pulvere, & ſordibus mundæ cuſtodiantur.

C. Altar. de Conſ. diſt. 1. Acta Eccl. Med. pag. 463. C. Altaris Palla diſt. 1. de Conſecrat.

III. Altaria lignea non ſint, ſed lapidea, vel ſaltem lateritia. Menſa eorum vel ſit tota conſecrata, vel ſaltem ponatur in ea ſacratus lapis capax continendi Calicem, & Patenam, & ſi opus fuerit etiam Pyxidem ad conſecrandum Particulas, dictuſque lapis ità inſeratur menſæ, ut vix ſupereminеat, ne ſacro Calici everſionis periculum detur, & tela cera linita ſemper ſit coopertus. Quòd ſi lapis præfatus ex aliquo accidente frangatur, vel Sanctarum Reliquiarum Sigilla quacumque de cauſa amota, vel fracta fuerint, tunc Sacrificium miſſæ minimè in eo celebretur uſque dum de novo ſacro lapide proviſum fuerit.

IV. Sub-

IV. Subtus ſuggeſtum, & organum, aut Eccleſiæ januis nimis propinqua non erigantur, neque in anteriori frontiſpicio ædificentur; Quod ſi aliqua ſic jam extructa reperiantur, pròut fieri poterit, amoveantur, & Nobis conſultis alìò transferantur. Quæ verò ſupra ſepulchra erecta fuerint, non amoveantur, nec deſtruantur, ſed ablatis oſſibus Defunctorum, ſepulchra ipſa repleantur terra, & obtrudantur. *Eccl. Med. Acta ubi ſupra.*

V Eadem Altaria ſint benè culta, tobaleis tribus veſtita, quarum ſuperior totum Altare, etiam per latera circumdet, & cooperiat; Cruce, Candelabris, atque Tabellis, cæteriſque ad Sacerdotum commoditatem pro Sacro faciendo decenter inſtructa ſint, nec deſit imago, ſivè picta, ſivè ſculpta illius Sancti, cui Altare fuerit dedicatum, quæ ſi nimiùm corroſa, vel deformis fuerit, deleatur, & renovetur per eos, ad quos de jure ſpectabit. *C. Conſulte diſt. 1. de Conſecr.*

VI. Super Altare majus, vel ſuprà illud, in quo Sacratiſſimum Chriſti Corpus aſſervabitur, niſi fornices conſtructæ ſint, elevetur Umbella, ſeù Baldachinum, quo totum Altare cooperiatur, & nullę ſuper illud manſiones, præcipuè ad dormiendum extent. *S. Cong. Epiſ. 26 Julii 1623. C. de Cuſt. Euch.*

VII Habeat quælibet Eccleſia, maximè ſi fuerit Parochialis, Sacrarium, ſivè ut communiter dicitur *Sacriſtia*, in qua indumenta ſacra, & cœtera ad cultum Eccleſiæ, & Altarium ſpectantia diligentiſſimè cuſtodiantur, ad hoc ut nihil fractum, nihil ſordidum in eis appareat, quod oculos Fidelium offendat: Etenim non potuit Nos non ſummoperè commovere, in aliquibus Eccleſiis (paucis tamen) quas viſitavimus, ſupellectilis ſacræ fœditas, & indecentia, eò vel maximè, quòd non à pecuniæ, ſed à Pietatis defectu oriri cognovimus, cenſuramque etiam Anteceſſoris noſtri meruit, & utinam Supremi Judicis ultionem contra illarum Rectores, Divini Cultus, & obligationis ſuæ immemores, non provocaverit. *D. C. de Cuſt. Euch. C. Veſtimenta diſt. 1. de Conſ.*

VIII. Quòd ſi in aliqua Eccleſia ob Loci anguſtias non ſit Sacrarium diſtinctum, ſaltem conſtruatur armarium in quo ſupradicta diligenter cuſtodiri poſſint, & inſuper propè Altare ponatur tabula, ſuper qua, non autem ſuper Altare, veſtes ſacræ pro Sacerdote celebraturo præparentur.

IX. In præfata Sacriſtia, quantùm fieri poteſt, ſit locus ſeparatus, in quo Sacerdos celebraturus poſſit cum quiete ad tantum miniſterium ſe præparare, & ſi opus fuerit, etiam confiteri pec- *Acta Eccl. Med. pag. 529.*

cata ſua. Quod ſi pro loci anguſtia id minimè fieri poſſit, ſaltem in parte ejuſdem Sacriſtiæ remotiori ponatur genuflexorium cum imagine Sanctiſſimi Crucifixi, nec non tabella precum, & orationum pro opportunitate Sacerdotis celebraturi recitandarum.

X. Sit etiam in ea labrum, ſeu vas aquæ ad ablutionem manuum, cum mappa ad abſtergendum illas; quod ſi Eccleſia fuerit Cathedralis, vel Collegiata, ad cujus ſervitium plures Sacerdotes, & Clerici ſint deſtinati, mappæ ſupradictæ ſint duæ, quarum altera Sacerdotibus, ut decet, Clericis altera pręparetur, quæ quidem ſingulis ſaltem hebdomadis mutentur, ne nimium ſordidę ad fędandum potiùs, quàm ad abſtergendum ibidem appoſitę videantur.

Acta Eccl. Med. ſupra cit.

XI. Propè Sacriſtiæ januam appendatur campanula, cujus ſonitu ſignum Populo dari poſſit Sacerdotis pro Sacro faciendo ad Altare procedentis.

Acta prędicat.

XII. Quia indecorum eſt Sacros Calices, & Oſtenſoria proexponenda Sacra Euchariſtia, & hujuſmodi alia vaſa Sacra in profanis domibus cuſtoditi, ideò præcipimus ſub pęnis arbitrio noſtro, ut ſemper aſſerventur, atque cuſtodiantur in Eccleſiarum Sacrario, ab illis tamen, ad quos de Jure ſpectabit.

XIII. Sedilia in Eccleſiis adhuc à nemine occupata nullus propria auctoritate occupare prę'umat. Nova in eis inferre, vel alibi aptare ſine expreſſa licentia noſtra, vel noſtri Vicarii Generalis ad prędavendas lites, & contentiones audeat. Inſuper uſque modò aptata, & collocata ad finem prędictum non amoveantur in alterius prejudicium ſub pęnis arbitrio noſtro. Quòd ſi cautelis ſupradictis non obſtantibus contentiones, & lites deſuper oriantur, Parochi Nos, vel Vicarium Generalem noſtrum doceant, ut indemnitati uniuſcujuſque providere poſſimus.

Sac. Cong. Epiſ 7. Ap. 1583. aliiſque ejuſdē Decr.

XIV. Intra Presbyterium, vel circum circa Altaria, ſaltem ad duos paſſus, ſedilia præfata retineri omninò prohibemus, quia ſi occurrat ibi miſſas cantari, vel Divina Officia perſolui, poſſint ſacri Ritus commodè exerceri, & ne nimia Sæcularium proximitate Sacerdotes celebrantes à Divinis myſteriis diſtrahantur; Quare ſi quæ fuerint ſedilia in Eccleſiis collocata contra hujus Decreti diſpoſitionem, Parochi Nobis priùs, vel Vicario noſtro Generali conſultis, & approbantibus amoveant.

Sac. Rit. Congr. 24. Jan. 1665.

Cu-

XV. Curent Eccleſiarum Præfecti, ne à privatis perſonis aperiantur januæ, vel feneſtræ, per quas ab eorum domibus pateat intra Eccleſiam aditus, vel conſpectus, ſub pœna Interdicti ejuſdem Eccleſiæ uſquedum præfatæ januæ, vel feneſtræ claudantur. Quòd ſi aliquę jam apertæ fuerint, (quatenus de Jure id fieri poſſit) vel claudi, vel ſaltem aliò transferri curetur, ſi nimiùm ſacris Altaribus proximæ fuerint. *Sac. Cong. Conc. de die 16. Martii 1652.* *Ex Plur. S. Cong. decretis Relat. à Pignatello Conſ. 122.*

XVI. Quæcumque Eccleſia Curata tres ſepulturas habeat, unam ſcilicet pro defunctis maſculis, alteram pro fœminis, tertiam pro parvulis, & ſi aliqua ex his deſit, intra ſex menſes à publicatione Synodi omnino fieri jubemus per eos, ad quos ſpectat ſub pœna trium aureorum. In loco autem decentiori aliam etiam pro ſacerdotibus conſtrui præcipimus. *Raynal. Syntag. Juris*

XVII. Sub eadem pœna jubemus intra id temporis fieri Cœmeterium, ſi deſit, muris, vel ſaltem ligneis cancellis undique clauſum, ne animalia ad pabula illuc ingredi poſſint, nevè humatorum oſſa effodere. *Inſtruct. D. Caroli pro Fab. Eccl. in Act. Eccl. Med.*

XVIII. Arbores intra ſepta Cœmeterii non nutriantur, & ſi quæ ſunt etiam frugiferæ, vel ad ornatum inſerviant, ſuccidantur, & erigatur in eo Crux ſublimis, quæ deſignet venerandam loci qualitatem, & inſimul prætereuntes ad preces pro Defunctis effundendas excitet, & alliciat. *Inſtruct. S. C. D. Caroli.*

XIX. Prętер ſupradictas tres ſepulturas nulla alia conſtruatur, multò minus pro humandis cadaveribus rumpatur, aut incompoſitè fodiatur Eccleſiæ pavimentum abſque licentia noſtra in ſcriptis, quæ nunquam conceſſa intelligatur niſi ſub hac conditione, quod ſupra loculum Cadaveris conſtruatur ex coctis lateribus fornix, ne ſucceſſu temporis idem pavimentum damnum patiatur. In Choro non conſtruantur ſepulturæ niſi pro Clero. Inſuper inſcriptiones ſepulchris non apponantur, niſi priùs à Nobis, vel Vicario noſtro fuerint recognitæ, & approbatæ: Et Parochi, ſeù Rectores, qui ſecus in præmiſſis omnibus permiſerint, quinque aureis mulctabuntur. *Conſt. 5. B. Pii. V.*

XX. Aquæ ſanctæ labrum, ſive Vas collocetur, non extrà, ſed intrà Eccleſię ambitum, ita quòd ſit à latere dextro ingredientium, & quolibet ſabbato mundetur prius, & aqua renovetur, atque benedicatur. *Inſtr. D. Caroli cit.*

XXI. Profanæ imagines, ſeù Statuæ nunquam, etiam pro

Vbi ſup. feſtis agendis in Eccleſiis exponantur ad earum ornamentum, ſub pœna amiſſionis earundem imaginum,& ſtatuarum, & aliis arbitrio noſtro.

XXII. Peculiaris diligentia adhibeatur,ut Eccleſiarum,Oratoriorũ,Cœmeteriorumque parietes exteriùs ab urina,aliiſve cujus-
Vbi ſup. vis generis immunditiis conſerventur immunes. Verùm ſub hoc prætextu nullatenus in eis pingantur Cruces, aut Sacræ imagines, & ſi quæ fuerint deleantur.

XXIII. Arbores, Vites, Hæderæ, & alia id generis arbuſta quocumque modo parietes, ſeu tecta Eccleſiarum, ſeu Oratoriorum forinſecùs tangentia abſcindantur,ne detrimentum infe-
Vbi ſup. rant: Prætereà à rubis, ſpinis, & aliis id generis, quæ adnaſci ſolent extrinſecùs, iidem Eccleſiarum,Oratoriorumque parietes mundi, & perpoliti cuſtodiantur.

XXIV. In porticu, & propè januas Eccleſiarum nulla ſint ſedilia, in quibus poſſint homines, fœminæque ſedentes commo-
Vbi ſup. dè confabulari, ne propter hoc à devotione, & ingreſſu Eccleſiæ retrahantur.

XXV Nullæ impoſterum Eccleſiæ, neque Oratoria, neque Capellæ, neque Altaria conſtruantur ſine noſtra expreſſa licentia in ſcriptis obtinenda, quam nemo conſequi ſperet, niſi priùs
Trid. de Obſer. & evit. in Celeb.miſſ.ſeſſ. per Inſtrumentum conſtet de legitima dote eis aſſignata in bonis ſtabilibus, tutis, atque ſecuris, quæ ſint effectiva, non ſimulata, non debitis obnoxia, ſed libera ab omni onere, hypotheca, &
22. De Sacrif. Miſſæ C.Nemo Eccl. C. Nullus Preſbyter diſt.1. de Conſecr. ſervitute, quæque pro formali Eccleſia non ſit minor viginti ſcutorum, pro Oratoriis publicis ſex, trium verò pro Altaribus Monetæ Florentinæ, & annuæ. Experientia enim compertum eſt Eccleſias aliquas, & Oratoria pluriſima defectu dotis nullum Eccleſiaſticum decorem præſeferre; Etenim poſt obitum Fundatorum in Deſcendentibus,& ſucceſſoribus Pietas,&Devotio ita paulatim refrigeſcit, ut tandem omninò extinguatur.

XXVI. Si verò aliquæ Eccleſiæ, Oratoria, vel Altaria abſque dote jam erecta reperiantur, & Patroni illam præſtare, vel ſaltem de neceſſariis providere recuſaverint, dummodo revera poſſint
Ex plur. S. Cong. Reſol. apud Nicolaït in Floſc. V. Altare. id facere, poſt trinam judicialem monitionem aliis concedatur, qui dotare, & de neceſſariis prouidere ſe offerant, & cum effectu prouideant, & interim, ſi id expedire videbitur, interdicantur donec proviſum fuerit

XXVII.

XXVII. Si contingat Parochiales Eccleſias reparatione indigere, nec ſint de Jurepatronatus, nec in eis ſit Ædituorum opera, ejuſque redditus annui non excedant congruam ſuſtentationem Parochi, Sacris Canonibus, præcipuè Concilio Tridentino inhærentes, decernimus, & declaramus, totum reparationis onus ad Parochianos pertinere, non ad Parochum, ſecus ſi redditus fuerint pinguiores, quod pro caſibus, & circumſtantiis erit à Nobis recognoſcendum, & declarandum. *Trid. ſeſſ. 21. C. 7. de Reform.*

XXVIII. Si verò præfatæ Eccleſiæ patronatum agnoſcant, Patronos ad onus hujuſmodi teneri dicimus, ſaltem pro congrua portione per Nos taxanda, juxta Perſonarum conditionem, maximè ſi Eccleſiæ defectus, atque ruina ex negligentia Rectoris, & Parochi non provenerit. Quamobrem ſtatim ac defectus aliquis, vel ruinæ periculum in Eccleſiis apparuerit, volumus earum Parochos, atque Rectores teneri ad annunciandum id Nobis, atque Patronis earundem Eccleſiarum, ut faciliùs, & minori cum diſpendio reſarciri, & reparari poſſint. Quod ſi non fecerint, damnum, atque ruinam illis imputabimus, & prout poterunt ad reſarciendum de proprio obſtringemus. Quæ de Eccleſiis Parochialibus dicta ſunt, ſervari volumus quo ad domum Parochi, cum ſit eadem ratio. *Trid. ubi ſuprà* *Barb. p. p. c. 13. n. 12. Referens. dec. S. Con.*

XXIX. Porrò, ſi Eccleſia aliqua, quæ ruinam minatur, ob Parochi, & Parochianorum, atque Patronorum egeſtatem minimè reparari poſſit, tunc vocatis iis, quorum intereſt, diſtrahantur Parochiani, & vicinioribus Eccleſiis Curatis ſubmittantur. In loco autem, in quo erat deſtructa Eccleſia, erigatur alta Crux, ne olim Deo dicatus locus, unquam in profanos uſus convertatur: Lapides verò, atque rudera nonniſi reparandæ, vel ædificandæ alteri Eccleſiæ de licentia noſtra applicentur. *Trid. ubi ſupra.*

XXX. Hæc ſunt, quæ ad Eccleſiarum exteriorem ſtructuram, ornatum, atque conſervationem pertinent; Quò verò ad venerationem, & cultum illis debitum, enixè hortamur omnes utriuſque ſexus Fideles, quod ſacra Templa frequentent (præ cæteris degentes in Civitate Cathedralem Eccleſiam, de qua ſummopere gloriari debent) diebus præſertim Dominicis, & feſtis, idque non ex uſu, & quadam humana conſuetudine, ſed Devotionis, atque Religionis affectu, & recogitent ſe Divinam tunc adire præſentiam, ideoquè accedant mente impolluta, compoſito ha-

habitu, & humili inceſſu cum timore, & tremore, flexo non uno, ſed utroque poplite ibidem adorent viventem in ſæcula ſæculorum.

XXXI. A' Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, maximè ſi publicæ veneration i fuerit expoſitum, averſi nec ſtent, neque ſedeant. Sacris Altaribus, aut Aquæ benedictæ vaſibus, etiam dum Conciones habentur, irreverentèr non innitantur. In limine, & ante Eccleſiæ Valuas non inſiſtant ad inſpiciendum, vel colloquendum fœminas Templum ingredientes. Nedum in Eccleſiis, verùm & in earum Sacrariis confabulationes, profanos diſcurſus, ac negocia ſæcularia, multò magis riſus, detractiones, ac turpiloquia devitent, quod conſequi fiducialiter ſperamus, ſi Parochi, Rectoreſque Eccleſiarum, earumque Sacriſtæ, cœterique Miniſtri ſuper hoc proprio muneri facere ſatis voluerint.

B. Pius V. Conſt. quæ incipit Cum Apoſtolicatus.

XXXII. Nemo venaticos canes in Eccleſia ducat, neque haſtis, vel ſclopis armatus illam ingredi præſumat, ſed extra illam arma prædicta deponat.

XXXIII. Et quia contra antiquiſſimam Eccleſiæ conſuetudinem abuſus deteſtabilis, in locis præcipuè ruralibus, irrepſit, ut ſcilicèt fœminæ nudato capite, & è contra viri capite cooperto lineis Calanticis, vulgò *Scuffiotti* Sacra Templa ingrediuntur, ibique maxima cum irreverentia Sacroſancto Miſſæ Sacrificio aſſiſtunt; hinc volentes hujuſmodi abuſum quantùm cum Domino poſſumus extirpare, enixè precamur Parochos, ut in hoc totis viribus, modiſque omnibus Nos adiuvent, ideoque inter Miſſarum ſolemnia moneant, quod fœminæ capite cooperto, viri autem detecto capite in Eccleſia permaneant, & Sacroſanctæ Miſſæ Sacrificio aſſiſtant ſub pœna gravis inobedientiæ. Quod ſi poſt trinam hujuſmodi admonitionem tribus diſtinctis diebus feſtivis ſtatim ac hujuſmodi Conſtitutiones ad eorum manus pervenerint, faciendam, adhuc aliquis, vel aliqua auſu temerario tranſgrediatur, Parochus publicè denunciet Eccleſiam illicò eſſe ei interdictam uſque dum in contumacia permanſerit. Qui verò ex Parochis, vel Eccleſiarum Rectoribus ex conniventia ſecus in præmiſſis fecerit, pœnam, & quidem gravem arbitrio noſtro ſubibit. Et ne aliquis ex Parochia conqueri poſſit, vel ignorantiam allegare valeat, eidem Populo Parochus notificet pœnam ſuprà præſcriptam in tranſgreſſores.

Syn. Diœceſ. 1690. tit. de Parœch. §. Curent.

XXXIV.

XXXIV. A Cœmeteriis, Veſtibulis, atque Porticibus Eccleſiarum nedum profana ſpectacula, Choreæ, Ludique omninò arceantur, verùm nec antè, nec prope earum fores vendibilia cujuſvis generis exponantur. Et cum præcipuè id accidat dum peculiaris aliqua Sanctorum agitur celebritas, ideo Parochi, cæterique Sacerdotes Divini honoris vindices omni ſtudio curent, ut impudentes illi obulares mercatores, Circulatoreſque abigantur, ita quod tunc prope dictas Eccleſias nullatenus permaneant. Quod ſi non paruerint, nec receſſerint, volumus eſſe obnoxios pœnis ſupra Cap. de Obſervantia feſtorum præſcriptis.

Conc. prov. med. 4.

Clem. de Celeb. miſſ. Cap. 1.

XXXV. In omnibus Eccleſiis etiam ruralibus, nedum quando Conciones habentur, ſed etiam quando Divina Officia perſolvuntur, maximè in Feſtis, & dum frequens in eis eſt Populus fœminæ, quantùm fieri poteſt, maneant, atquè orent ſeparatę ab hominibus, ſuper quo Parochorum diligentiam, & Zelum enixi ſummoperè deſideramus.

Synod. Provinc. Flor. ſæpe cit. Inſtr. D. Carol i.

XXXVI. Commeſſationes quæcumque nullo unquam tempore, nullaque occaſione in Eccleſiis, aut in Oratoriis fiant, ſub pœnis etiam gravioribus arbitrio noſtro præſcribendis, nedùm contra delinquentes, ſed etiam contra Rectores Eccleſiarum id fieri permittentes. Idem Parochi curent, ne Eccleſiæ januæ inſerviant tanquam aditus, per quem homines, fœminæque etiam onera ſuper capita, humeroſque geſtantes breviandi itineris gratia pertranſire ſolent. Et ſi opus fuerit alteram ex dictis januis clauſam retineant, ſaltem uſque dum hujuſmodi abuſus penitus extirpetur.

Criſp. in Viſit. paſt. p. 1. §. 7. n. 23.

Synod. Provinc. ſæ. ſeſſ. 2. Rub. de Sacroſ. Eccl. c. 2.

XXXVII. Sub pœna quatuor aureorum, & rerum amiſſionis pro qualibet vice Rectores, atque Cuſtodes Eccleſiarum, quicunque ſint, nec inferant, neque inferre permittant in Eccleſias, ſeu etiam in Oratoria ſegetes, alioſque Terræ fructus, ſucciſas arbores, fœnum, & alia hujuſmodi generis, quæ decorem Domus Dei contaminare quoquo modò poſſunt, niſi fortè ad id neceſſitas pro reparanda, vel reſarcienda Eccleſia urgeat, quo caſu petenda erit à Nobis licentia, quam nonniſi benè conſideratis conſiderandis impertiemur; vel propter incendia repentina, aliaſque conſimiles neceſſitates, ob quas ad Eccleſias oporteat habere refugium, ità tamen quod ceſſante neceſſitate præfatæ res à loco ſacro illicò amoveantur.

Conc. Later. 4. C. 29.

Quò

XXXVIII. Quò verò ad Ecclesiarum immunitatem, super quas Parochos summoperè oculatos, & vigiles esse volumus, atque jubemus, notum sit omnibus ea gaudere omnes Ecclesias, Oratoria, atque Sodalitates legitima auctoritate fundatas, etiam si interdictæ, vel pollutæ fuerint, prout etiam gaudent ipsarum scalæ, porticus, tectum, campanile, Cœmeterium, exteriores parietes, & circum illas ambitus ad plures, vel pauciores passus pro qualitate Ecclesiarum juxtà Apostolicas Sanctiones, qui tamen ambitus debet per Episcopum prudenter designari. Capellæ verò existentes in privatis domibus, seù palatiis, etiamsi de licentia Sedis Apostolicæ erectæ nulla Immunitate gaudent.

Toto tit. de Immunit. Eccl.

C. Ecclesia de Immun. Greg. XIV. Const. 7.

XXXIX. Omnes, & singuli in Constitutione Gregoriana, in tertia parte Synodi apponenda, non excepti, frui, & gaudere debent Immunitate, & proindè ad Ecclesiam confugientes, quantumvis gravia, & enormia delicta patraverint, tuti esse debent, nec abi la directè, vel indirectè, via compulsiva, vel impulsiva, nec subdolis, seù blandis verbis à Curia Sæculari extrahantur sub pœnis in præfata Bulla contentis. Attamen nullo pacto permittatur eis, ut comedant in locis sanctis, in quibus Sacrum peragitur, si in aliqua mansione annexa id fieri possit, sub pœna Parochis, & Rectoribus etiam Sodalitatum secus permittentibus scutorum quatuor.

Constit. 7. cit. superius.

XXXX. Delictorum perquisitiones, Cadaverumque inspectiones, & consimiles actus judiciarii in Ecclesiis minimè fiant. Quòd si Occisorum corpora in loca sacra lata jam fuerint, & à Curia Sæculari sint recognoscenda, impetrata à Nobis venia extrahantur, & in profanum locum deportentur, ibique inspectiones fiant. Qui ex Parochis secùs permiserit, pœnas contra Violatores Ecclesiasticæ Immunitatis subibit.

Cong. Immun. 2. Maji 1629.

XXXXI. Si contingat intra Ecclesiarum, Sacrorumque Locorum confinia patrari aliquod grave delictum, ad summum intra octiduum, & saltem per literas eorum Rectores id ad Nos deferant sub pœnis ad arbitrium.

XXXXII. Mansiones Canonicales, si Laicis locatæ fuerint, volumus, & declaramus privilegio immunitatis non gaudere, & ad evitandas cum Foro Sæculari controversias, si quæ in eis januæ, vel fenestræ fuerint, per quas ingressus, vel conspectus pateat in Ecclesias, muris omninò claudantur, & de foris super ja-

Consonat. tit. S. Cong. Epis. ad Archiep. Neapol.

januam literis grandiuſculis inſcribatur: *Qui non ſi gode Immunità*

de 4 Decemb. 1676 relatis à Criſpino in tract. viſit. paſt. p. 28. 7 n. 40.

XXXXIII. In Conſecratis Eccleſiis ſuperimponatur januæ majori interiùs lapis, in quo ad perpetuam memoriam inſculptus ſit dies, menſis, & annus Conſecrationis. In extima facie ſuper eamdem januam pingatur imago Sancti illius, in cujus honorem Eccleſia conſtructa fuit. In culmine proſpectus exterioris cujuſlibet Eccleſiæ, Oratorii, & etiam Confraternitatis extollatur Crucis ſignum, ſive lapideum, ſive ferreum, ut à profanis manſionibus Domus Dei dignoſcatur.

Sacr. Rit. Congr. de Menſ. Auguſti 1595.

XXXXIV. Si accidat Eccleſiam conſecratam quocumque modo pollui, ab Epiſcopo erit iterum reconcilianda; Si verò fuerit tantummodo benedicta, ſatis erit, ſi per Sacerdotem à Nobis deligendum iterum benedicatur.

Sacr. Rit. Congr. de Menſe Auguſti 1595

XXXXV. Dum Officia Divina in Choro perſolvuntur, ſemper ſuper Altare Majus duo ex cera alba lumina colluceant. Quod ſi Altare fuerit thurificandum, præfata lumina ad minus duplicentur.

Edict. viſit. Apoſt. Romę de die 30. Julii 1665.

XXXXVI. Muſices Præfecti noſtræ Cathedralis, nec non aliarum Eccleſiarum, in quibus concentus muſicalis fieri contingat, nullam modulationem indecoram, nec quidquam profanum in eis cantari permittant, Cantuſque, atque etiam Cantorum armonicam concordiam in primis curent, atque ut minores Clerici ad ſervitium Eccleſiæ in Cantu Eccleſiaſtico proficiant ſollicitè invigilent.

Cap. ut quisquis de Vita, & honeſt. cler.

XXXXVII. Ad inſerviendum Eccleſiis, maximè Parochialibus non deputentur Sæculares, ſed Clerici, dummodo adſint; ſin minus Sæculares adhiberi non vetamus, ex noſtra tamen ſcientia, & permiſſione, dummodo modeſti ſint, & timoratæ Conſcientiæ, & Sacra non tangant abſque licentia noſtra, neque circa Altare, in quo aſſervatur Venerabile Euchariſtiæ Sacramentum quidquam agant, etiamſi fores Eccleſiæ ſint clauſæ, & circa hæc omnia Parochorum Conſcientiam ſtrictiſſimè oneramus.

Incipit Cum Apoſtolicatus.

XXXXVIII. Cœtera, quæ ad debitum Eccleſiarum honorem, cultum, atque venerationem pertinent, habentur in Bulla Beati Pii Papæ V., cujus ſummarium legendum Populis à Parocho quotannis in feſto S. Michaelis Archangeli in ſecunda parte deſcriptum erit.

CAP. XXII.

De Oratoriis

I. COnsueverat olim Christifidelium Pietas in Oratoriis unicè preces ad Deum effundere, eisque utebantur ferventes Animæ veluti quibusdam privatis arcibus, ubi tanquam in asylo ab insidiis inimicorum securæ, *& à mundi cupiditatibus liberæ Divinæ vacabant sapientiæ, & omni strepitu terrenarum silentes curarum in meditationibus sanctis, & in deliciis lætabantur æternis.* Verùm vix factum est, ut publicæ inservirent commoditati, quod illicò plurima incommoda Ecclesiis Parochialibus, & Plebi non modica damna evenerunt. Siquidem ex Visitationis actibus compertum habemus non paucos ex hoc ansam accepisse ferè nunquam accedendi ad Parochialem Ecclesiam; unde hæc, quæ præcipua Domus Dei est, neglecta manet, & rudis Populus magno cum æternæ salutis periculo, quæ ad Christianam Disciplinam pertinent, culpabiliter non addiscit. Quapropter nostri muneris esse putavimus quæ sequuntur Decreta condere.

D. Leo PP. serm. 8. de desejun. X. mensis.

II. Nullum imposterum erigatur Oratorium publicum quin præcesserit nostra licentia in scriptis, quam nunquam impertiemur nisi sub conditionibus infra præscribendis, videlicet: Visitetur priùs à Nobis, vel de commissione nostra recognoscatur locus, in quo Oratorium erit ædificandum. Eligatur igitur quantùm fieri poterit area plana, & aperta, non arboribus consita, à locis frequentatis non nimis separata, sejuncta tamen à profanis ædificiis, ut circuiri possit, & in via publica habeat correspondentem januam, atque prospectum. Per milliarium saltem distet à Parochiali Ecclesia, & accessus ad illam sit valde difficilis, sive propter fluviorum interpositionem, sive per semitas valdè asperas, vel hyemali tempore nimiùm cœnosas, vel ob alias consimiles causas ferè insuperabiles. In longitudine, & latitudine sit capax Populi, cujus gratia erit ædificandum.

Trid. Sess. 22. in Decreto de Celeb. miss.

Denique assignentur pro ejus congrua dote bona stabilia, & libera juxta præscriptum in præcedenti Cap. *de Ecclesiis.* Etenim non desunt in Diœcesi Oratoria, quæ olim à Populis instantia magna expetita fuerunt, quæ modò Successorum negligentia col-

Trid. de evitand. & observ. in Celeb. miss. sess. 22. C. nemo Ecc.

collabuntur, cumque ſint indotata, vix ſupereſt modus, quo reparentur, vel ſaltem reſarciantur. *Cõc. Aurel. lian. 4. c. 33*

III. Quæ ad Parochos privativè ſpectant in Oratoriis non exerceantur; cujuſmodi ſunt benedictio, & diſtributio Cinerum, & Candelarum benedictarum. Non conſervetur in eis Sacra Euchariſtia, niſi pro Sacro Viatico Infirmis deferendo. Non retineatur in eis Sedes Confeſſionalis, nec Sacramenta adminiſtrentur niſi de licentia expreſſa Parochi. Cadavera non ſepeliantur, multòminus pro eis effodiantur ſepulchra. Non deniquè benedicatur fœminis puerperis. *De Conſecrat. diſt. 1. c. Clericos.*

IV. In Dominicis, Feſtiſque diebus non celebretur Sacrum ante, vel eodem tempore, quo celebrabitur in Parochiali, idemque intelligi volumus de tempore Concionis in eadem Parochiali habendæ. Una, eademque die non plures, ſed unica tantùm miſſa celebretur, nec perſolvantur officia pro Defunctis ſine licentia Parochi, qui ſemper primò ad illa erit vocandus. *Trid. ſeſſ 22. de Ce lib. Miſſ. C ut in Dominicis de Parochis.*

V. In Die Natalis Chriſti Domini, Epiphaniæ ejuſdem, Reſurrectionis, Pentecoſtes, Corporis Domini, Aſſumptionis Deiparę, Omnium Sanctorum, & Parochialis Eccleſiæ Titularis nullo pacto in eis celebretur, & ſuper hoc neque Parochum diſpenſare poſſe volumus, exceptis caſibus, nempè quòd aquis intermedia flumina adeò redundarent, ut ad Parochialem Eccleſiam prorſus impedirent acceſſum, vel aliquis Infirmus eſſet pro Viatico communicandus, vel deniquè plurimi eſſent in illius circuitu invalidi, & convaleſcentes, quo tamen caſu, reliqui, qui Eccleſiam, præcipuè Parochialem adire poterunt, etiam ſi in Oratorio Sacrum audiviſſent, præcepto Eccleſiaſtico minimè ſatisfeciſſe declaramus. Idemque intendimus quo ad reliquos dies feſtos, in quibus tantùm pro verè impotentibus adire Eccleſiam ibi celebrari permittimus. *Trid. ubi ſupra.*

VI. Verùm quia occaſione Miſſarum, quæ in Oratoriis celebrantur, languent in Parochialibus Sacra Miniſteria, & præcipuè Chriſtiana Cathecheſis, unde oritur in plurimis ignorantia myſteriorum Fidei, ideo in primis monemus, atque hortamur in Domino, deindè etiam prȩcipimus ſub pœna ſuperiùs prȩſcripta, quod qui non fuerint legitimè impediti, Parochialem Eccleſiam adire non omittant. In iis enim feſti dies, atque jejunia de præcepto prænunciantur, Ordinandorum, & Matrimonio jungendorum *Trid. ſeſſ. 22. ſupra cit. Et ſeſſ. 24. de ref. c. 4.*

dorum denunciationes, pluresque aliæ salutares admonitiones Populo fiunt, ideoque eas audire non recusent, nec excusent excusationes in peccatis, sciantque nostram, imò Sanctæ Sedis mentem esse, ut dictorum Oratoriorum privilegio unicè in casu necessitatis utantur, & hoc sæpe sæpius Parochus ipsi Populo, ne ignorantiam allegare queat, insinuare non omittat.

VII. At ne illi, quibus in dictis Oratoriis Sacrum audire legitimè permissum est, saluberrimis Ecclesiæ auxiliis destituantur, volumus quod Sacerdotes in eis celebrantes, sive à Parocho, sive à quocumque alio ad id electi, & deputati fuerint, teneantur munus Parochi exercere quò ad Doctrinam Christianam, & Cathechesim faciendam, & omnia illa agere, quæ in Capite de eadem Doctrina Christiana superiùs præscripta fuerunt, & quidem sub pœnis ibidem præscriptis, ne parvuli eo loci degentes petant Christianæ instructionis panem, & non sit qui frangat eis. Volumus insuper teneri (quæ omnia intelligi volumus sine præjudicio Juris Parochialis, imo semper de consensu, atquè licentia Parochi) ad promulgandos die Dominico dies festos, & jejunia de præcepto per hebdomadam occurrentia, ut Populus Christianus præcepta Ecclesiastica adimplere possit, & valeat.

VIII. Quo verò ad privata Oratoria sciant omnes, qui eis ex Indulto Apostolico gaudent, illis uti non posse nisi servata forma in concessione præscripta, ne detur casus, quod aliquis audiat in eis Sacrum, & minimè Ecclesiæ præcepto satisfaciat. Præcipuè verò hoc servetur ut à privatis ædibus sint disiuncta, & supra non extet cubiculum, in quo quis dormiat, nec ad latera culinam, cœnaculum, seu tinellum, vel stabulum habeant.

Sac. Cong. Epis. apud Nicol. verb. Oratorium.

IX. Post obitum illius, cujus intuitu hujusmodi Privilegium concessum fuit, celebrandi facultas expirat. Quod si Indultum datum fuerit cum clausula illa: *Ad beneplacitum Ordinarii*, nisi aliter fuerit declaratum, per mortem Obtinentis expirare intelligatur.

Sac. Cong. Rit. 27. Novib. 1607.

X. Denique serventur omnia, & singula, quæ de publicis Oratoriis, imò de Ecclesiis superiùs sancita fuerunt, dummodo aptari possint.

De

CAP. XXIII.

De Confraternitatibus Laicorum, atque Centuriis.

I. ECcleſia Catholica, quæ eſt Sponſa Chriſti lectiſſima, ſemper ſtat à dextris ejus, nedum in veſtitu deaurato, quo Charitas præſignatur, ſed inſuper circumamicta varietatibus, ſacris ſcilicet Religioſorum Virorum Cœtibus, nec non etiam devotis Laicorum Sodalitatibus, quo ſplendido veſtimentorum ornamento Cœleſtis Sponſi oculos allicit, attrahit, & ferè rapit. Verùm niſi varietas in unam conſpiret Charitatis conſonantiam, non erit ad pulchritudinem, & ad decorem, ſed ad deformitatem, & turpitudinem, tam præcellentis Sponſæ, quam decet eſſe ſine ruga, & ſine macula in ſimilitudinem dilecti ſui, qui pariter eſt *ſpeculum ſine macula*, *candor lucis æternæ*, *& ſpecioſus forma præ filiis hominum*. Hac de cauſa ad mutuam inter Confratres fovendam Charitatem, à qua conſiſtentia, & augumentum dictarum Societatum promanat, nonnulla præſcribere voluimus, quæ Divina opitulante Gratia valdè profutura ſperamus. *Pſal.* 44. 11. *Sap.* 7. 26. *Pſal.* 44. 3.

II. Cum Summorum Pontificum, præcipuè verò Clementis VIII. Conſtitutionibus, Laicorum Sodalitates Indulgentiis & Privilegiis gaudere non poſſint, niſi ſint canonicè erectæ, & inſuper Regulis, & Conſtitutionibus à propriis Ordinariis approbatis communitæ, ne contingat Confratres in Vinea Domini, nempè in aliqua ex Sodalitatibus laborare, & nullum inde reportare fructum ſpiritualem, ideò præcipimus quod ſi quæ fuerint in Diœceſi noſtra, vel Societates, vel Centuriæ carentes Regulis, ſeù Conſtitutionibus, Officiales illarum conſulto Parocho, in cujus ditione ſunt, per virós idoneos illas ſibi ſtatuere ſatagant intra ſex menſes à publicatione Synodi, Nobiſque poſtmodum eas exhibeant, ut poſtquam fuerint recognitæ, approbentur, aliàs volumus, & declaramus dictas Societates, vel Centurias eſſe interdictas uſque dum paritum fuerit. *Conſt.* 115. *incip.* Quæcumque à Sede Apoſtol. *de die* 24. *decem.* 1604. *Conſt. ſuprà cit. Clem. VIII.*

III. Qui Societatibus adſcribuntur, non caſu, vel aliquo humano affectu, vel reſpectu (ut plerumque fit) ſed puro Divini Cultus, Animæque ſalutis ſtudio ducantur. Quod ſi ea die

Sacra-

Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ ſuſciperent, ſperandum eſſet, quod favente Deo, optimo initio feliciter cœtera reſponderent.

IV. Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in Sacellis Confraternitatum ſine ſpeciali S.Sedis indulto non aſſervetur,& quatenus vi dictæ conceſſionis retineri poſſet,non licebit illud exponere ſine Ordinarii licentia. Quò verò ad functiones Eccleſiaſticas ſivè Parochiales,ſive non Parochiales in eis exercendas, Decreta Sac. Rit. Cong. quæ ad impediendas,& dirimendas lites, & controverſias inter Parochos, & Confraternitates Laicorum, earumq; Cappellanos,& Officiales,ſuper juribus Parochialibus oriri ſolitas ſpecialiter,& ſanctiſſimè prodierunt, quæque per extenſum in tertia parte ad notitiam omnium deſcribentur adamuſſim obſervari prȩcipimus. Præfatas autem functiones, prȩſertim non Parochiales in dictis Sodalitatibus exercendas non ad Gubernatorem, Priorem, Rectoremq; illarum, ſi fortè fuerint Sacerdotio condecorati, ſed ad Cappellanum, vel ipſo legitimè impedito, ad quemcumq; alium vices ejus gerentem unicè attinere decernimus.

Sac. Rit. Cong. 2. Januar. 1704.

V. Adminiſtratores bonorum, atque reddituum earumdem Confraternitatum confirmari non poſſint, niſi ſuæ adminiſtrationis rationem reddiderint, & quod fuerit reliquum de redditibus realiter in manibus eorum, ad quos ſpectat ſolverint.

Sac. Cong. Cõc. 7. Apr. 1636.

Quotannis in principio menſis Januarii rationem ſui regiminis apud Curiam noſtram reddere jubemus, dummodo quo ad temporalia Nobis ſubiiciantur,ſub pœnis ad arbitrium.

VI. Adminiſtratores autem bonorum, & reddituum earumdem ſodalitatũ confirmari non poſſint,niſi ut prȩfertur,ſuę adminiſtrationis rationem reddiderint, & realiter ſolverint in manibus eorum, ad quos ſpectat quidquid fuerit reliquum de redditibus.

Sac. Cong. Conc 7. Apr. 1636.

VII. Nemini ex dictis adminiſtratoribus liceat bona Fraternitatum quoquo modo alienare, vel cenſus facere abſque Confraternitatis conſenſu, noſtraque expreſſa licentia, & permiſſione, nec non ſine ſolemnitatibus per Sacros Canones,& Apoſtolicas Conſtitutiones prȩſcriptis. Qui ſecus fecerit eorumdem Sacrorum Canonum pœnis plectetur, & ſi opus fuerit de proprio ad reſtituendum obligabitur.

Tri. ſeſſ. 22. c. 9. de ref.

VIII. Inſuper prohibemus bona ſtabilia dictarum Sodalitatũ impoſterum locari, aut in emphyteuſim concedi Adminiſtra-

to-

toribus, imò etiam Confratribus earumdem, nisi prius constet Nobis, vel Vicario nostro Generali de evidenti Confraternitatis utilitate, prævia semper Apocharum affixione, quod in quacumque alienatione, & conductione servari mandamus. Si verò decretum hoc minimè observatum, sed violatum fuerit, emptiones, locationes, & conductiones, atque contractus emphyteuticos irritos, & nullos nunc pro tunc declaramus, & si aliquod damnum exinde Confraternitatibus illatum fuerit, ad resarciendum teneatur quicumque fuerit transgressus.

Cap. nullus de reb. Eccl. non alien. Extravag. Ambitiosæ.

IX. Iidem Officiales, & Administratores, quibus quacumque de causa iniunctum est onus, vel dispensandi dotes, vel distribuendi pauperibus eleemosynas, id omninò, & fideliter exequantur ad mentem eorum, qui prędicta pia Opera reliquerunt, habita solùm ratione pauperum, & egenorum, non respectu ad carnem, & sanguinem, nec personarum acceptione. Si verò apud Nos reclamatum fuerit, & sufficienter probatum quempiam ex dictis Officialibus in hoc defecisse, omnibus Juris remediis, & viribus cogi volumus ad restituendum de proprio, itaquod dotes prædictæ, atque eleemosynæ iterum fideliter, ut oportet, distribuantur.

X. Habeat unaquæque Sodalitas Tabellas duas, in quarum altera nomina, & cognomina Confratrum, in altera verò onera Missarum, & alia quæcumque legata pia Sodalitatis propria distinctè descripta sint, nempe cum nomine, & cognomine Testatoris, seu Benefactoris, paritèrque cum nomine, atque cognomine Notarii, nec non die, mense, & anno rogitus. Quas quidem Tabellas semper appensas in eadem Confraternitate, vel ejus Sacristia retineri mandamus. De quorum piorum Operum adimplemento teneantur Officiales, ad quos spectat docere Curiam nostram quotannis, quando de satisfactione onerum Missarum rationem paritèr reddent.

Const. Urb. VIII. de Celeb. miss. 45.

XI. Habeat præter alios ad rectum temporale regimen necessarios, duos libros, in quorum altero omnia bona cujuscumque generis quę possidet, describantur, & servetur methodus infrà prescribenda ad formam Capit. *de Bonis Eccles. non alienan.*; In altero verò omnes Confratrum determinationes, vulgò *Partiti*, fideliter adnotentur.

XII. Suppellex cujusvis generis, confecto Inventario, & ab eis, ad quos pertinet subscripto, Officialibus successivè consigne-

gne-

gnetur, & si aliquid eorum culpa, & negligentia periisse compertum fuerit, illatum damnum refarciant.

XIII. In unaquaque Sodalitate construatur, vel capsula, vel armarium, seris, & clavibus perfectissimè claudendum, in quo reponantur omnes libri, omniaque Instrumenta, & scripturæ, quæ per Inventarium singulis successivè Officialibus consignentur, nec inde extrahantur, nisi de licentia omnium Officialium Societatis. Quo casu in schedula peculiari, quæ erit affigenda in eodem armario, seu capsa annotetur quænam scriptura, vel liber fuerit extractus, qua die, mense, & anno, ad quem finem, & cuinam consignatus, ut expeditis causis, vel negociis repeti possit, & sic minime deperdatur. Transgressores quatuor aureorum pœnam subibunt.

Greg. XIII Const. 84. Incip. Poscit pastoralis.

XIV. Omnibus Processionibus, ut moris est, Confratres interstint deferentes saccos talares eorum Instituto congruentes, & serventomnino ea, quæ in cap. de *Processionibus* præscripta sunt.

Syn. prov. Flor. cit. Rub. de Cõfrat. c. 3.

XV. Commessationes non solùm in Sodalitatibus, sed etiam in earum Sacristia, vel ædibus annexis, sub pœna ad arbitrium nostrum omninò prohibemus, non obstante forsan aliqua consuetudine, quam tamquam abusum eliminari necesse est.

XVI. Sacerdotes vagos, & advenas, nisi aliàs bene noti sint, non recognitis à Nobis, vel Vicario nostro literis dimissoriis, ad celebrandum nunquam admittant, aliàs Societatem interdictam illicò esse volumus, & declaramus.

XVII. Insuper sub pœnis, & quidem gravibus non audeant suscipere onera perpetua Missarum, nisi priùs à Nobis licentiam, & facultatem fuerint consecuti.

Clemens VIII. Ubi supra.

XVIII. Nulla deinceps Sodalitas erigatur sine nostro speciali permissu sub pœna, ultra cæteras ad arbitrium, nunquam obtinendæ facultatis pro ejus confirmatione, atque manutentione.

XIX. Denique, quia Sodalitates hujus Civitatis, & quidem principaliores ut plurimùm, præcipuè verò in Quadragesima Vespertinis Horis ita neglectæ sunt, atque desertę, ut aliquando in eis nec quidem recitari possit officium pro Confratrum Defunctorum suffragio, quamvis Sodalium numerus non sit exiguus, imo fortè superabundans, ideo hortamur ut imposterum uni tantùm, vel ad summum alteri quilibet describatur, ut sic faciliùs

Digitized by Google

liùs alterutram ſtatis temporibus frequentare poſſit, maximè dum electus, & deputatus fuerit Officialis. Sciant denique Confratres omnium Sodalitatum, eas omnibus Indulgentiis, & Privilegiis privari, quotiès, & quandò proprio Prælato ſubeſſe, & obedire renuerint.

XX. Omnia ſupraſcripta Decreta communia eſſe volumus, & intendimus cœteris, & ſingulis Centuriis, vel Congregationibus quocumque nomine nuncupentur, ſive Virorum, ſivè Mulierum in noſtra Diœceſi uſque modo erectis, vel fortè Auctoritate noſtra in futurum erigendis, imò & cœteris piis locis Nobis liberè, & immediatè ſubiectis, dummodò tamen illis congruant, atque aptari poſſint;

CAP. XXIV.

De Hoſpitalibus

I. QUamvis plurima ſint Chriſtianæ Charitatis Officia, quæ copioſam àDeo mereantur Cœleſtium donorum largitionem, nullum tamen eſt quod evincat, & ſuperet Ægrotantium, atque Peregrinorum Hoſpitalitatem, *etenim in cuſtodiendis illis* (teſte David) *retributio multa*. Qua de cauſa hoc magnum pietatis opus ſummoperè Fidelibus ſuis commendavit Dominus Noſter Jeſus Chriſtus dicens, *quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*. Quapropter ut Xenodochia, quæ in Diœceſi noſtra fidelium Pietate inſtituta, & erecta fuerunt, quantùm fieri poteſt, conſerventur, omni ſtudio adniti debemus.

Pſal. 18. 12.

Matth. 25. 40.

Trid. c. 8. *ſeſſ.* 25. *de ref. &c.* 15. *ſeſſ.* 7. *de ref.*

II. Itàque eos, ad quos ſpectat, rogamus, ut dictorum Hoſpitalium curam, & regimen committant ſemper Perſonis probis, juſtis, providis, expertiſque in Proximorum Charitate, ſpectatæ fidei, & moribus immaculatis, quæ Jura, & bona eorumdem Hoſpitalium fideliter, & utilitèr miniſtrent.

Triden. ſeſſ 25. *de ref. c. prad.*

III. Suprà eorumdem Xenodochiorum, Hoſpitiorumque januas exteriùs ponatur inſcriptio literis grandiuſculis exarata, qua omnibus indicetur non ſolùm ibi eſſe Hoſpitium, ſed inſuper explicetur qualitas, & conditio Perſonarum, pro quibus conſtructa fuere.

IV. Non recipiantur in eis Peregrini, niſi priùs à Rectore,

& eo abſente, à Parocho recognoſcantur per legitima documenta Catholici, quique Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta ſaltèm ſtatutis ab Eccleſia temporibus receperint.

V. Pueri non cubent cum natu majoribus, niſi Rectori clarè conſtiterit filios, vel fratres eſſe. Inſuper ſeparentur, quantùm fieri poteſt, in manſionibus mares à fœminis, itaut ab uno ad aliam non detur acceſſus, niſi clarè dignoſcatur eos eſſe legitimo Matrimonio conjunctos.

VI. Cuſtos, & Rector Hoſpitalis nihil mercedis exigat, nec etiam ſponte oblatum quidquam muneris titulo recipiat. Curet, ut antequàm Peregrini dormitum eant, omnes ſimul devotè recitent vel aliquam Sacri Roſarii partem. vel Otationem Dominicam pariterque Salutationem Angelicam, & Symbolum Fidei. Studeat inſuper, ut eliciant actus Contritionis, Fidei, Spei & Charitatis, & meritum non exiguum lucrabitur, ſi deprehendens illos ignorare præcipua Fidei Myſteria, patienter eos edoceat, & inſtruat, & demùm illis benedicat.

VII. Si Peregrinus aliquis in Hoſpitali mori contigerit, ejus bona, atque pecuniæ in id, quod ab eo fuerit præſcriptum, fideliter erogentur, quòd ſi nulla facta diſpoſitione deceſſerit, ultra funeris expenſas, in ſuffragium pro ejus Anima integrè expendantur, Nobis tamen, vel Vicario noſtro conſultis. Super quibus omnibus Conſcientiam Rectorum eorumdem Hoſpitalium, atque Xenodochiorum oneramus.

De

CAP. XXV.

De Exequiis, & Funeribus.

I. PIa Mater Eccleſia de reſurrectione cogitans Defunctorum Cadavera ſemper ſacro ritu proſequi conſueuit. Et meritò quidem, ſi enim gentes, quæ carnis reſurrectionem non credebant, hæc fecerunt, quantò magis nos, qui credimus, id præſtare debemus. Sed hoc in primis curandum eſt, ut impenſum corporibus mortuis officium ſit quodammodò vivens Fidei noſtræ teſtimonium, & accenſæ faces, quæ circà Mortuorum exuvias deferuntur, ita mentis noſtræ tenebras illuminent, ut aliquando cognoſcamus in vanum Animam immortalem accepiſſe, ſi in æternum victura *non aſcenderit in montem Domini, & non ſteterit in loco Sancto ejus:* idcircò, ut tàm piam actionem ea, qua debet religioſitate Clerus noſter exerceat, & dum mortuis pax, & requies imploratur, jurgia, & diſſenſiones inter Vivos non oriantur, nevè dum Clementiſſima Dei Liberalitas ſuprà Defunctos Miſericordiæ ſuæ divitias benignà largitate diffundit, Miniſtri ejus fœdiſſimam avaritiæ labem magno cum dedecore ſui excelſi gradus, & conditionis oſtendant, quæ ad id opportuna viſa ſunt, infrà præſcribemus. *Pſal. 23. 3.*

II. Unicuique Fidelium ſepulturæ locus proprius eſt Parochialis Eccleſia, intrà cujus fines vivens habuit domicilium, niſi fortè quis ante mortem vel publico inſtrumento, vel ſaltem declaratione voluntatis ſuæ coràm Parocho, & duobus teſtibus alibi ſepulchrum elegerit, ſivè ab ejus majoribus, ſivè à ſe ipſo pro ſe, & Succeſſoribus, vel pro filio impubere Pater alibi conditorium elegerit, vel conſtruxerit. *Cong. Concil 10. Jan. 1637.*

III. Caveant omnes de Clero tàm Sæculari, quàm Regulari, ſub pœna Maledictionis æternæ, & Excommunicationis Papæ reſervatæ, & aliis arbitrariis, ne quemquam inducant, ut voto, vel juramento interpoſitis, ſe obligent ad eligendam ſepulturam in ſua Eccleſia, vel electam non immutandam. Quòd ſi contrà factum fuerit, electio illa irrita ſit, & tali modo eligens, quatenùs innoteſcat, in ea Eccleſia non ſepeliatur, ſed ad illam erit tunc deferendus, in qua, ſi ſepulchrum non elegiſſet, erat humandus. *C. Final. de pœniſ. C. 2. de ſepul. in 6.*

IV. Quoad Tertiarias, quas vulgò Pinzocheras nuncupant, advertendum eſt, ne prætendant elegiſſe ſepulturam in Eccleſiis Regularium, quorum habitum geſtant, eo titulo, quòd talem Ordinem profeſſę fuerint, ſed neceſſe eſt, quod requiſita habeant præſcripta in Concilio Lateranenſi, & Decretis Sacræ Congregationis Concilii, nempe quòd collegialiter vivant, & vota illius Ordinis emiſerint; aliàs volumus, & declaramus in propria Eccleſia Parochiali eſſe tumulandas, niſi fortè ex propria voluntate legitimo modo alitèr diſpoſuerint.

Conc. Lat. ſub Leone X.

S. Congreg. Concil. 11. Decembr. 1614. in Neap.

V. Ad evitandum periculum, ne aliquis tamquàm mortuus Terræ commendetur, licèt revera ſit vivus, ut interdum accidiſſe notiſſimum eſt, caveant Parochi. ne cadavera ſepeliant, niſi elapſis ad minus viginti horis poſtquàm Animam exhalaſſe pro certo creditum fuerit: Eorum verò corpora, qui repentina morte obierint, non ſepeliant niſi poſt viginti quatuor horas, aut longioris etiàm temporis intervallum, ſi ità à Peritis judicetur, itaquòd nulla de morte eorum ſuperſit hæſitatio. Idemque ſervetur, dum de ſecandis, & aperiendis cadaveribus agatur, quod fieri vetamus abſque licentia noſtra, vel Vicarii noſtri, vel ſaltem de conſilio, & permiſſu Medicorum.

VI. Clerici omnes tam Sæculares, quàm Regulares, inſuper & Sodales Confraternitatum ad aſſociandum cadavera invitati in Parochialem Eccleſiam Defunctorum conveniant, indè domum, unde Cadaver efferendum, vel Eccleſiam, ubi fortè depoſitum fuerit, ſolito ordine adeant, ideòque nullo modo per vias, aut ad domum Defuncti funus expectent.

Sac. Cong. Conc. 16. Jan. 1649. & pluribus aliis Decr. relatis a Barb Collect. in Con. Trid.

VII. Ubi ad aſſociandum Cadaver plures Religioſorum Ordines ultrà Parochum concurrunt, unica Crux deferatur, & quidem illius Eccleſiæ, in qua Defunctus erit ſepeliendus.

Sacr. Rit. Cong. in Narnien. de anno 1614.

VIII. Quòd ſi funeribus Capitulum noſtræ Cathedralis interierit, ſub ejus Cruce unica omnes alii aſſociantes incedere debent, juxtà Decretum à Sacra Rituum Congregatione olim emanatum ad inſtantiam ejuſdem Capituli, quod ad perpetuam rei memoriam hic, & non in tertia parte apponendum duximus, cum ſit peculiare, & proprium pro noſtra Cathedrali.

San-

Sanminiatenſis

Sacra Rituum Congregatio ad relationem Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi D. Cardinalis Spinulæ, inhærendo Decretis aliàs emanatis, item declaravit, quòd quando invitatur Capitulum Cathedralis Eccleſiæ S. Miniatis ad funera, & Collegialiter incedendo, procedit cum ſua Cruce, omnes aſſociantes etiam Regulares, ad quorum Eccleſias Cadavera Defunctorum deferuntur ad ſepeliendum, ſub unica tantùm Cruce ejuſdem Capituli Cathedralis incedere debent, quacumque contraria conſuetudine non obſtante, & ità decrevit, & ſervari mandavit etiam per Regulares. Hac die 2. Decembris 1684. N. Cardinalis Ludoviſius.

Gratis *Bernard. Caſalius S. Cong. Sec.*

IX. Inſuper in caſu, quo contingat plures Parochos aſſociare Cadavera, ſolus Parochus Defuncti poterit, & debebit uti ſtola, quam Regularis Parochus non deferet, niſi ſimul ſit ſuperpelliceo indutus. Quòd ſi cadaver non quidem ad propriam Parochiam, ſed ad alias Eccleſias deferendum erit, Parochus Defuncti cum pervenerit ad fores Eccleſiæ, in qua Corpus humandum erit, illicò ſtolam deponat. Verùm interveniente præfato Cathedralis noſtræ Capitulo, Curatus, & Sacriſta ejuſdem Cathedralis, etiam quòd ſint amovibiles, præcedere debent proprio Defuncti Parocho, prout ſtatuit eadem Sacra Rituum Congregatio ſub die 22. Martii 1631. in una Piſaurien.

X. Parochorum erit declarare qua via Defunctus ad Eccleſiam ſit deferendus, quæ tamen ſemper debet eligi brevior; Inſuper ad eos, non verò ad Regulares, licèt in eorum Eccleſiis tumulandus ſit, pertinebit Corpus benedicere, funus ducere, & alia officia exequi, ſivè in domo, ſivè per viam circa Cadaver. Poſtquàm verò hoc ad Eccleſias Regularium perductum fuerit, cæteræ functiones ſacræ ad ipſos Regulares ſpectabunt. *Sac. Cong. Epiſ. 3 Jan. 1594. In Caſtellan. Eadem Sac. Cong. 18. Junii 1591. in Brixien. Ex plur. S. Rit. Cong. decret. relat. à Barb in Triden. c. 13. ſeſſ. 25. de ref.*

XI. In ruralibus, ſi propter nimiam diſtantiam, aut itineris difficultatem, ſive aliam conſimilem cauſam, non poſſit Parochus Defuncti domum adire, elatam Crucem, & feretrum ad eam mittat, curetque, ut alter Sacerdos etiam non Parochus vices ſuas impleat; Ipſe verò, aliique ad funus invitati, ſaltem

ad

ad Oppidi januam, aut, si sepeliendum fuerit in Ecclesia Rurali, usque ad illud viæ spatium, quò citra grave incommodum poterit pervenire, occurrant Cadaveri, & illud associent, sub pœna ad arbitrium.

XII. Defuncti hæredes pro illo ad sepulturam associando numerum Sacerdotum sibi benè visum, imò & quos individualiter voluerint, vocare poterunt, & quantitatem, qualitatemque ceræ, prout sibi placuerit, ad funus determinare, quolibet contrario prætextu per Parochum deducto non obstante, ut ex Decreto Sac Cong. Epis. & Regul. in Cassanen. de die 5. Maji 1617. Si verò neque Defunctus anteà, nec posteà hæredes nullos destinaverit, si convocandi sint Sacerdotes pro obeundis funeris actionibus, Parocho competat, possitque vocare quos pro libito sibi placuerit, dummodò primo loco habeatur ratio Sacerdotum in eadem Parochia, & respectivè Plebanatu Diœcesis degentium. Verùm, ut congruum, & rationabile adiicere putamus, quòd si Parochus alios Parochos vocaverit (cum Sacerdotes non Curati interesse nolint, aut non possint) quotam, & eleemosynam haùd duplam, sed simplicem tantùm recipiant, ne expensis, Defuncti domus nimis gravetur.

S. Cong. 5. Maii 1617. relat. a Barbos. de off. Parochi c. 26. n. 50.

Syn. Diœc. 1690. tit. de Laicor. Confrat. §. Sancimus.

XIII. Declaramus Quartam funeralem deberi Parocho pro recognitione laboris in administrandis Sacramentis Defuncto, dummodò extrà Parochiam sepeliatur, ubi verò in Parochia propria tumulabitur, inveterata, & approbata consuetudo servetur.

Clement. Dudum §. Hujusmodi de Sepult.

XIV. Pro Quarta funerali intelligimus, & declaramus eleemosynam librarum duarum monetæ Florentinæ, nec non libram unam ceræ albæ elaboratæ quò ad corpora decedentium intrà duodecimum annum, quòd si ultrà dictam ætatem decesserint supradicta duplicanda erunt.

XV. Ab hac regula excipiuntur Cadavera eorum, qui in summa egestate, atque miseria decesserunt; hæc enim non solum præcipimus sepeliri omninò gratis, sed volumus insuper teneri Parochum ad associanda illa ritu Christiano, nempe Cruce præcedente, quam vel Clericus, vel Laicus, sacco tamen indutus Societatis deferat, illamque duo lumina associent ære Parochi, vel Piorum hominum comparata, sub pœna Contrafacientibus duorum aureorum. Et hoc idem sub eadem pœna

Rit. Rom. de exequ. C. non satis de Simoniâ S Rit. Con. 5. Maii 1617. C. 1. & 9. de sepult.

na circà puerorum pauperum ſepulturam ſervari mandamus.

XVI. Si contingat Cadaver ad aliquam Parochialem afferri, non ut ibi ſepeliatur, ſed ut aſſervetur, donec aliò transferatur, Parochus pro aſſociatione nec intorticia, nec aliud emolumentum exigat, ſeù prætendat, ſed tantùm ſponte oblatis gaudeat, exceptis juribus Parochialibus. *Sac. Rit. Cong. 23. Maii 1619 ex Barboſ. in Trid.*

XVII. Dum Defuncti Cadaver ad Eccleſiam defertur intorticia numero plura ſemper ardeant circà Crucem, quàm circà feretrum, & duo ſaltem ex dictis intorticiis præcedant ſemper Crucem, dum à Parochiali Eccleſia ad Defuncti domum proceſſionaliter defertur, ſub pœna Parochis quatuor librarum ceræ albæ elaboratæ aliis Eccleſiis Pauperibus applicandarum, ſi ſecùs permiſerint, & quò ad dicti intorticia ſervetur conſuetudo, quæ eſt, ut ad Defuncti domum reducantur.

XVIII. Sodales Confraternitatum etiam ſaccis induti, niſi expreſsè, & ſpecialiter advocentur, ad mortuorum funera accedere nequeunt, & accedentes Crucem, ſeù Vexillum Sodalitatis nullo modo erigere, atque deferre poſſunt ex eadem Sacra Congregatione in una Andrianen. de die 22. Novembris 1631. *S. Rit, Con. gregat. 9. Decembr. 1617.*

XIX. Inſuper iidem Confratres nihil exigere audeant titulo ſepulturæ, ſed tantùm propter aſſociationem modicam quamdam ceræ portionem accipiant, ſivè Defunctus ſit Confrater, ſivè non eorum Societatis.

XX. Regulares cujuſvis Ordinis ſint, non audeant ad proprias Eccleſias deferre Cadavera, niſi vocato, & expectato Parocho Defuncti, dummodò aliter ipſe non permiſerit, vel accedere recuſaverit, de quo Nobis rationem reddere tenebitur. *S. Congreg. Epiſ apud Barboſ. de off. Paroch. c. 26. n. 57.*

XXI. Mortuis ſepultura non denegetur, imò nec differatur ſub prætextu non ſolutæ Quartæ funeralis ex decreto Sacræ Congregationis in una Catanen. de die 5. Maii 1627. Patochi contrafacientes quatuor aureorum pœna mulctabuntur. *Congregat. Concil. 15. Maii 1638. Conc Lateranen. 3. can. 2.*

XXII. Quia verò conſimiles funerum lites ſæpè ſæpiùs occurrunt, ut faciliùs, & ſine magno litigantium damno expediri poſſint, volumus, ut nullo juris ordine ſervato, & ſola facti veritate inſpecta extrajudicialiter procedatur, attamen judi- *Trid. c 13. ſeſſ. 25. de & Regul. Mon.*

cium

cium dandum erit juxtà leges, atque Decreta.

XXIII. Sole nondum illuceſcente, aut cæpta jam nocte Cadavera ad Sepulchrum, ſaltem publicè non deferantur ſine Noſtra expreſſa licentia, & in caſu tranſgreſſionis Parochus duorum aureorum pœnam ſubibit, eademque pœna mulctabitur, ſi permiſerit Defunctum publicè laudari, ideſt Orationem in ejus honorem ad Populum haberi abſque permiſſu noſtro in ſcriptis habendo

XXIV. Cadavera Infantium ſine Baptiſmo dècedentium non in loco ſacro, ſed propè Cœmeterium tumulentur; Si tamen fœtus in ventre Matris cum ipſa obierit, cum ipſa paritèr in Eccleſia, vel Cœmeterio ſepeliatur.

Rit Rom. Cong. Epiſ. 5. Maji 1617.

XXV. Verùm Eccleſiaſtica ſepultura priventur omnes infraſcripti, videlicèt.

Rit. Rom. de Exeq.

Infideles cujuſvis generis, nempè Pagani, Judæi, Mahumetani, Hæretici, & Schiſmatici.

Parricidæ, Blaſphemi, Uſurarii, Raptores, Adulteri, Concubinarii, publici tamen, & manifeſti.

Decedentes in Duellis

Notorii fures, & Latrones, niſi ante mortem ſatisfecerint cum potuerint, vel idoneam cautionem de reſtituendo præſtiterint

Occidentes ſe ipſos ex induſtria (non tamen ſi ex inſania id evenerit) niſi antè vera Pœnitentiæ argumenta dederint.

Omnes deniquè, & ſinguli, qui Sacramenta Confeſſionis, & Communionis in Paſchate non ſuſceperint, & ſine ullo Contritionis argumento obierint.

In omnibus ſupradictis caſibus, niſi omninò manifeſti, & notiſſimi fuerint, Parochi neque concedant, neque denegent ſepulturam Nobis inconſultis, ſi commodè fieri poſſit, & ſi ſecùs fecerint pœna gravi arbitrio noſtro punientur

XXVI. Si contra Sacrorum Canonum diſpoſitiones in Loco Sacro aliqui ſepulti fuerint, exhumandi erunt, & in profanum locum tumulandi, dummodò ab aliis dignoſci poſſint, quo caſu Eccleſiæ, & Cœmeteria erunt reconciliauda.

XXVII. Nova ſepulchra conſtruere nemini liceat abſque noſtra licentia. Si quæ verò permiſſu noſtro ædificentur, inſcriptiones in eis non apponantur, niſi priùs à Nobis, vel Vicario noſtro recognitæ fuerint, & approbatæ, alitèr deleri volu-

B. Pius V. in Bulla Apoſtol.

lumus, & Parochus, qui id permiſerit ad arbitrium mulctabitur.

XXVIII. Sacerdotum Corpora non ſepeliantur, niſi Sacerdotalibus Inſignibus induta, vel ſaltem ſtolis ſacris amicta.

XXIX. Ut tollatur abuſus, quo ſolent mulieres aliquibus in locis poſt Virorum mortem Eccleſiam non adire, nec quidem feſtis diebus ad audiendum Sacrum, maximè ſi propè illas dies mors illorum occurrat, Parochi eas opportunè præmoneant, quòd ſi adhuc aliquæ inobedientes fuerint, eis ingreſſum Eccleſiæ per menſem prohibeant, ut quod priùs fuit illis peccatum, ſit deinde pœna peccati.

XXX. Neque minus curandum eſt ab iiſdem Parochis, ne funerum intuitu, Defunctorum Propinqui, Cognati, atque Amici ad epulandum conveniant, qua occaſione plurima fieri, quæ antiquas Gentilium ſuperſtitiones ſapiunt, non ignoramus. Quare ſub pœna quatuor aureorum diſtrictè prohibemus hujuſmodi commeſſationes, & Parochi datis occaſionibus ſeriò hortentur præmortui Conſanguineos, ut vice dictorum Conviviorum, in illius ſuffragium celebrare faciant ſuper Menſam Altaris Convivia Chriſti.

XXXI. Parochorum erit ad præſcriptam Ritualis Romani formulam quoſcumque ſuæ Parochiæ Defunctos, ſivè in propria, ſivè in aliena Eccleſia tumulatos in librum ad id compactum diligenter referre, iiſdem cautelis adhibitis, & ſub iiſdem pœnis, quas pro deſcribendis Baptizatis, & Matrimonio junctis fusè alibi præſcripſimus. Ejus autem authenticum exemplar ſub iiſdem paritèr pœnis, quas pro aliis Parochialibus codicibus præſcripſimus *cap. de Baptiſmo, & de Matrimonio* ad Cancellariam noſtram quotannis tranſmittere tenebuntur. *Rit. Rom. de Exeq.*

XXXII. Porrò, ut non modò funeribus, ſed etiam ſuffragiis Defunctorum providè proſpiciamus, piam conſuetudinem, quam inter nonnullarum Diœceſum Sacerdotes obſervavimus, qua mutuam ſibi decedentibus ſuffragiorum retribuunt vicem, in hanc quoque noſtram introducere flagrantiſſimè deſideramus, ideò ut laudabilis hæc, & ſalubris inſtitutio hìc quoque ſervetur, rogamus, & enixè hortamur, ut impoſterum Plebanus, in cujus ditione Sacerdos aliquis deceſſerit, Nos, & cæteros Diœceſis Plebanos de illius obitu quamprimùm certio-

tiores reddat. Plebani autem omnes Parochos, & Parochi Sacerdotes omnes respectivè sui districtus de mortuo Confratre illicò commoneant, ut singuli intra mensem à recepta notitia Defuncti Animę uno saltem Sacrificio valeant suffragare. Quòd si Plebanus ipse decesserit, de ejus obitu ut suprà Nos, reliquosque Plebanos moneat proximior illius Plebanatus Parochus; Sic itaque arctior inter nostros Sacerdotes in vinculo Charitatis fraternitas inducetur, per quam non modò dum vivunt mutua amoris pignora alter alteri exhibeat, sed cuique eorum decedenti reliqui superstites reciproca spiritualis auxilii retributione opitulentur.

XXXIII. Confidimus autem Pietatis hoc specimen Confratres nostros reddituros miserrimæ Animæ nostræ, cum ex hac temporali vita migraverimus ad æternam.

CAP. XXVI.

De Oblationibus, & Eleemosynis, Piisque Legatis.

I. COpiosa eleemosynarum largitio *pauperibus Iesu*, non tàm Charitatis opus, quàm onus Justitiæ à Christi fidelibus existimandum est. Siquidèm eorum, quæ Divina Bonitas profusa largitate Nobis impertiri dignatur, eidem Beneficentissimo omnium bonorum Datori in persona pauperum saltem partem aliquam reddere æquum est, quamvis Deus noster sit, & bonorum nostrorum non egeat. Verùm ut illi hoc oblationis Sacrificium acceptabile fiat, nedùm Pietas in Offerentibus prærequiritur, sed etiam in colligentibus, atque recipientibus oblata apprimè fidelitas necessaria censetur, hìnc quæ sequuntur monita simul, & præcepta exequi, & servari mandamus.

Matth. 25. 45.
Psal. 15. 2.

II. In primis Parochi aliquandò, sed præcipuè in festo S. Bartholomæi Apostoli seriò hortabuntur Populum suum ad frequentem eleemosynarum largitionem, juxtà instructionem, & formulam in secunda parte dandam;

III. Quę offeruntur eleemosynę Oratoriis Regularibus subjectis

ctis in Jus dictorum Regularium cadere intendimus. Præstitæ verò aliis Oratoriis, non Parocho, quamvis in ejus Jurisdictione existant, sed ipsis Oratoriis acquirantur, & in eorum utilitatem vertantur, sivè per Parochum, si unicè super eis jus habeat, sivè per eos, qui dictorum Oratoriorum Patronatum habent, & curam gerunt.

IV. In custodiendis, erogandisque Eleemosynis cujuscumq; generis, quas colligere solent Confraternitates Nobis plenè subiectę, Parochi nullo modo se ingerant, etiam si in Ecclesia propria fuerint erectæ, juxta Decret. Sac. Rit. Congreg. in tertia parte registrandum. Verum si viderint minus fideliter, vel imprudenter administrari, id Nobis insinuent, ut de eorum consilio providere valeamus. Custodiantur autem dd. Eleemosynæ sub duplici diversa clavi, quarum una à Gubernatore Sodalit. & ab Officialibus altera retineatur. *Sac. Cong. Rit. 2. Jan. 1704.*

V. Verùm ne hujusmodi eleemosynæ (ut sæpè contingit) majori ex parte in commessationibus insumantur, præcipimus, quòd si juxtà solitum parandum sit prandium Sacerdotibus, vel etiam Sæcularibus nonnullis juxtà consuetudinem in festivitatibus dictarum Confraternitatum, vel etiam aliorum Sanctorum, pro quibus forsitan præfatæ eleemosynæ collectæ fuerunt, expensa non excedat summam duorum Juliorum pro quolibet Sacerdote, & unius libræ monetæ Florentinæ pro quolibet Sæcularium, quibus ad mensam locum habere contigerit. Quòd si Officiales, vel Deputati ad præparandum prandium secùs fecerint, id, in quo excesserint, de proprio solvere teneantur.

VI. Si dignetur omnipotens Deus in honorem alicujus sacræ Imaginis, (ut sæpè solet) nova miracula patrare, itaquòd propter ea Imago illa celebrior reddatur, & Populus ad eam venerandam confluat, elargiendo, vel potiùs profundendo eleemosynas, volumus in tali casu præfatas eleemosynas per viros idoneos à Nobis eligendos administrari, & expendi de licentia, & consensu nostro unicè in honorem, & ornatum dictæ sacræ Imaginis.

VII. Quia datur aliquandò, ut Fidelium largitiones recipiantur in capsulis, quibus insunt inscriptiones aliquæ, videlicet: *Limosine per l' Anime del Purgatorio. Limosine per la Fabrica*, &

his consimiles, Nos voluntatem Offerentium interpretandam fore juxtà præfatas inscriptiones declaramus, proindèque illarum Administratores obstrictos esse volumus ad restituendum, si in alios usus, quantumvis pios, & sanctos præfatas largitiones converterint: Si verò dubium sit de voluntate offerentium, non erit opus eorum mentem investigare, sed satis erit, si in pios usus, Nobis, vel Vicario nostro Generali consultis, fidelitèr convertantur.

VIII. Exceptis Jubileis, quo tempore à Summo Pontifice injungi solet inter cœtera Pietatis opera, etiam eleemosynarum largitio, nunquàm pro aliis Indulgentiis exponatur capsula eleemosynarum, præcipuè sub pagina dictarum Indulgentiarum, ne rudis Populus putet sine eleemosyna non posse consequi Indulgentias contrà veritatem, & sanctam Pontificis mentem.

Syn. Diœc. an. 1650. tit de Quæst. Eleemosyn. c. 2.

IX. Occasione quærendi eleemosynas ad quemcumque titulum, nemo audeat distribuere fidelibus Imagines, Cruces, Coronas, Numismata sacra, vulgò Medaglie, & hujus generis, multò minus Indulgentias publicare, quæ ut plurimùm falsę sunt antequàm eleemosynam consequantur, ne à rudioribus credatur posse consequi benedictiones sacras, & Indulgentias pecuniis etiam titulo eleemosynæ datis. Licere tamen dicimus post acceptam eleemosynam Imaginem aliquam Sancti distribuere, ut erga illum devotio augeatur, maximè si eleemosynas non pro se ipsis, sed pro piis, publicisque operibus in honorem ejusdem Sancti Quæritantes petant. Parochi autem de his diligenter inquirant, & Contra facientes corrigant, illosque, si opus fuerit, Nobis manifestare non omittant.

Synod cit. sup. c. 4.

X. Neque per Civitatis circuitum, neque per Diœcesis ambitum nemini liceat absque licentia nostra in scriptis eleemosynas quærere, intuitu piorum operum sub pœnis ad arb. præcipuè verò amissionis eleemosynarum recollectarum.

Conc. Lat. in C. Cum ex eo de pœnit. & remiss. Trid. sess. 5. de ref. c. 2. & sess. 21: de ref. c. 9.

XI. Insuper, & multò magis id prohibemus puellis, quæ Cymbalum pulsantes, & cantantes mense Maio circumire solent eleemosynas petendo etiam prætextu pii operis, & non sine propriæ honestatis periculo. Contrafacientes pœnas sup. num. 10. præscriptas, & si opus fuerit, majores etiam, nempè spirituales subibunt. Parochi verò, qui illas sic permiserint vagantes, pœna gravi, etiam suspensionis ad arbitrium à Divinis punientur

tur, si iterum, atque iterum conniventes fuerint. Nimis enim premit animum nostrum solicitudo evellendi, & extirpandi à Diœcesi nostra hanc nimis obviam peccandi occasionem.

XII. Cereæ, seù argenteæ Imagines, anuli, monilia, aliaque pretiosa munera voti, & devotionis gratia, Altaribus, locisque piis oblata, licèt confracta, vel temporis injuria valdè consumpta, nunquam, nisi permissu nostro amoveantur, alienentur, sivè vendantur, & tunc quidquid ex venditione, vel alienatione retrahetur, in usum, & utilitatem eorumdem Altarium, sivè piorum locorum converti præcipimus sub pœnis arbitrio nostro. *Genuen. in praxi c. 72. n. final.*

XIII. Omnibus, & singulis, quibus pro Operibus, Locisque piis eleemosynas quærere, atque colligere concessum fuerit, etiamsi Eremitæ sint, volumus, ut in fine cujuslibet anni apud Nos, & Curiam nostram suæ Quæstuationis rationem reddant, sub pœnis arbitrio nostro luendis.

XIV. Demùm, quia inolevit, atque in dies crebrescit abusus, Charitatis quidem specie, sed cum communi damno, & justissima ruralium Personarum querela, quo tempore messis, & vindemiæ eleemosynarum Collectores turmàtim tanquàm Locustæ in Villas convolant, bladas, vinum, oleumque indiscretè conquirentes, ut pauperum Villicorum indemnitati consulamus, nullas, irritasque declaramus omnes, & singulas Patentes, quas hucusque ad colligendas dictas Eleemosynas dedimus, & expediri mandavimus, illas imposterùm tantummodò concessuri, quas Charitas, & rationabilis causa dictabunt. Interìm verò mandamus Parochis, ut diligenter invigilent, ne quisquam sine hujusmodi nostra vera, non ficta facultate in suis respectivè Parœciis quæstuet, publicantes de ordine nostro Contrafacientibus pœnam rerum collectarum amissionis, aliasque arbitrio nostro.

XV. Ne humana malitia distrahantur piæ Testatorum voluntates, debitoque ne fraudentur effectu, cum illarum executio inter præcipuas Pastoralis Officii nostri solicitudines esse debeat, statuimus ut omnes Notarii, & omnes alii, quibus sivè in Civitate, sivè in alio quocumque Diœcesis loco super piis dispositionibus rogari, sivè scripturas conficere jam contigit, aut imposterum continget, earumdem saltem simplices notulas in- *Trid. sess. 22. c. 8. de ref. item de Purg. sess. 25.*

tra

tra tres menſes à publicatione Synodi computandos quò ad præterita; Quò verò ad futura intra menſem à morte diſponentium ſi facta fuerunt per viam ultimæ voluntatis, ſi inter vives à die executionis, vel ſolutionis faciendæ calculandum ad noſtram Curiam tranſmittant, ut ibi cuſtodiantur, & executio procuretur. Inobedientes gravi pœna, etiam excommunicationis, maximè ſi fuerint contumaces, puniendos fore decernimus,

XVI. Parochi, quorum opera, ſi defectu notariorum quis uti voluerit in deſcribendis piis diſpoſitionibus utantur formula apponenda in ſecunda parte, & ad dandam notitiam Curiæ noſtræ dictarum diſpoſitionum modo ſuperiùs præſcripto, & ſub pœnis ibidem inflictis eoſdem obſtringimus, & omnes alios, qui quomodolibet piarum diſpoſitionum nondùm impletarum notitiam habebunt.

D. Agrum ſi quis de Cleric. 12.

XVII. Omnibus, ſinguliſque, qui Legatis, ſeù oneribus quibuſcumque in favorem Eccleſiæ, vel alterius pii loci, vel pauperum, vel fidelium Defunctorum obnoxii ſunt diſtrictè præcipimus, ut ſub Divinæ ultionis, Canonicarum pœnarum, atque etiam Excommunicationis interminatione dicto tempore fideliter exequantur.

XVIII. Qui directè, vel indirectè auſi fuerint impedire ne hujuſmodi legata, donationes, aut quævis aliæ ad favorem piæ cauſæ conceſſiones fiant, ſupra præſcriptis pœnis ſubiacere ſciant.

XIX. Ne verò quiſquam ignorantiam allegare poſſit;, Parochi bis in anno vid: Feria ſecunda Pentecoſtes, & in feſto S. Stephani Protomartyris præmonitionem publicam quò ad præfata omnia de piis legatis, ut in ſecunda parte, inter miſſarum ſolemnia facere non prætermittant.

C. Si Haeredes de Teſtament.

CAP.

CAP. XXVII.

De Vita, & Moribus Clericorum

I. SAcroſanctæ Matris Eccleſiæ amaritudo amariſſima eſt, (inquit Divus Bernardus) in moribus Domeſticorùm, quia illi, qui Clericali Militiæ nomen dederunt, verba, quibus in collatione Sacrorum Ordinum eos ore Epiſcopi Spiritus Sanctus alloquitur memoria minimè retinent; etenim ſi mente ſæpè ſæpiùs illa revolverent, non ad otium, non ad ſæculi voluptates, non ad rei familiaris incrementa, ſed ad dandam ſcientiam Plebi Domini, eamque illuminandam, erudiendam, atque ſanctificandam ſe vocatos eſſe cognoſcerent, undè fieret, quòd in Terris beatitudo Populorum, & in Cœlis Angelorum lætitia oriretur, & deniquè tranquilla devotione cuncta lætaretur Eccleſia. Scimus enim ex irrefragabili Divinæ Scripturæ teſtimonio, quòd *Civitas Sancta olim in omni pace habitabatur, leges quoque optimè cuſtodiebantur, unde factum eſt, quod ipſa gentes Templum Domini ſummo honore dignum ducerent, & maximis muneribus illuſtrarent propter unius Sacerdotis Onia Pietatem.* Quid ergo ſperare non poſſet fœlicitatis, & incrementi Sancta Mater Eccleſia, ſi non unus, vel alter, ſed omnes unanimitèr Clerici, & Sacerdotes nulla ſordium apparerent contagione corrupti, ſed Scientia, Pietate, omniumque Virtutum nitore prælucerent, & irreprehenſibiles eſſent? *2. Mach. 3. 1.*

II. Igitur ſingularis, & eximia ſit in unoquoque Clericorum, maximè verò Sacerdotum interioris hominis cura. Quapropter ſinguli præ oculis habeant regulam vitæ Eccleſiaſticæ, quam in quarta parte publicam faciemus. Aſſiduè perlegant Sacros libros, vetus ſcilicèt, novumque Teſtamentum, Concilium Tridentinum, Cathechiſmum, Rituale Romanum, & interdum hanc Synodum. Inſuper inſtructionem Sacerdotum Toleti, & explanationem in Pſalmos Cardinalis Bellarmini, ut Divina faciendo, Horaſque Canonicas perſolvendo, ſenſum verborum Dei faciliùs comprehendant, & mentem ad Superna alacriùs elevent, atque convertant. Commendamus etiam notitiam Eccleſiaſticam Cabaſſutii, Sacram Hiſtoriam, & Ca-

Leo X. in Cõc. Later. ſeſſ. 9 c. 9. B. Pius V. Conſt. 135.

C. 1. c. dolẽtes 10.

no-

nones breviter complectentem, & explicantem. Pietati verò excitandæ, vel augendæ valdè conducet Exercitium Perfectionis Rodriquez, manuductio ad Cœlum Cardinalis Bonæ, & alii consimiles libri pro cujusque ingenio, & devotione. Iis verò qui ad horas Canonicas persolvendas tenentur præcipimus ut cujuslibet anni initio comparent ordinarium Divini officii, ut illud ritu debito recitent. Inobedientes ad arbitrium puniemus.

III. Præter Sacram Lectionem, & Psalmodiam, quæ propria Clericorum est, & quam sivè in Choro, sivè extrà purissimo animi sensu quisque exercere debet, aliasque vocales preces, quas peculiaris cuique devotio suggeret, sanctæ meditationis studium libentèr quisque amplectatur, cum nullum Christiano, & præsertim Ecclesiastico Viro magis necessarium, vel salubriùs exercitium extet. Qua de causa hortamur, & obsecramus enixissimè Sacerdotes, præcipuè verò Parochos, ut vel quolibet anno exercitiis spiritualibus ad recolligendum spiritum se dedant, vel saltem (quod forsan aliquibus suaviùs erit), singulis mensibus una tantummodò die pro libito segregati, & liberi à negociis, & curis temporalibus, & piæ meditationi intenti, vacent unicè propriæ Animæ juxtà methodum valdè proficuam P. Joannis Croiset nupèr Romæ, Venetiis, atque Bononiæ Typis datam in libro, cui Titulus: *Ritiramento spirituale d'un giorno per ciascheduu mese, &c.*

IV. Tonsura, quæ militiæ Spiritualis texera est, & Corona patens sit, & conspicua in unoquoque Clericorum. Quod si quis sine illa, ut præfertur, conspicua, & patenti repertus fuerit, itaut nullum ejus vestigium appareat, aureo uno singulis vicibus mulctabitur. Capilli capitis æquales sint, & breves, itaut infra aures vix descendant. Pili labri superioris non Sæcularium more vulgò *alla moda*, sed juxtà consuetudinem probarum Ecclesiasticorum tondeantur. Exterior habitus talis sit, qui interioris Animæ excellentiam ostendat, quique per exquisitam elegantiam minimè sapiat vanitatem, nec ex alia parte persordes, & abjectionem vilescat.

Trid. c.6. sess. 23. de refor. *C. prohibete 23. dist.* *C. duo 12. q.1.* *C. pro reverentia 44. dist.* *Trid. sess. 14 c.6. de hon. in Vest. &c.*

V. Injungimus omnibus Ecclesiastici Ordinis, quòd infrà duos menses à publicatione Synodi vestem talarem sibi comparent sub pœna Scutorum quatuor Sacerdotibus, Clericis verò ad arbitrium pro personarum qualitate. VI.

Trid. sess. sup. cit.

VI. Et quia nonnullorum nedum in Civitate, ſed etiam in Terris, & Oppidis Diœceſis noſtræ tanta crevit immodeſtia, ut pallium violacei, imò & vivacioris coloris pediculamentis aureis aliquando circumdatum, & ornatum deferre auſi ſint, ideò ad hanc licentiam pœnitùs intolerabilem coercendam, diſtrictè jubemus ſub pœna Carceris ad arbitrium, ne ullus Clericalis militiæ, etiam in Sacris non conſtitutus audeat deferre veſtes exteriores, & pallia etiam itineris cauſa, niſi fuerint nigri coloris. *C. Cler. 23. diſt. C. ſinali. diſt. 41. c. Clerici off. de vit. & hon. Trid. & Sixti V. conſt. 92.*

VII. In Civitate Veſtes talares adhibendas eſſe jubemus, brevioribus extrà, & in Civitate etiam aliquandò uti permittimus, nempè exuberantium pluviarum, niviumque cauſa, præcipuè hyemali tempore, ac etiam interdum animi relaxandi gratia, ſed tantùm veſpertinis horis. Hujuſmodi autem veſtes breviores deſcendant infra genua, non habeant ſciſſuras in anteriori parte pro crumenis more Sæcularium, non denique aliud ornamentum, quod luxum redoleat, in eis appareat. Uno verbo à talaribus in nullo alio præterquam in curtitate differant. Diverſo modo deferentes pro prima vice per decem dies ſequeſtrabimus intra domeſticos lares, contumaces deinde pro ſingulis vicibus ſex aureis mulctabimus. *Syn. prov. flor. ſæpe. c. Rubr. De vit. & hon. Cler. c. 2. Cong. Epiſ. 20. octob. 1598. Trid. ubi ſup. Sixtus V. Cõſt. 92 ſupra cit.*

VIII. Prædictis veſtibus brevioribus nullus unquam utatur, nec etiam in ruralibus locis, dum Sacrum peragit, dum Choro ad Officia Divina diebus ſivè feſtivis, ſivè ferialibus perſolvenda intereſt, & ubique dum aſſociat ſolemni Proceſſione Venerabile Sacramentum ſub pœna ſuſpenſionis à Divinis per hebdomadam ſingulis vicibus ſtatim incurrenda quam Nobis reſervamus. *Cong. Epiſ. ubi ſupra. Sixtus V. & Tri. pariter ut ſupra. Cõc. Aquil. anno 1596 tit. de diſc. Chori*

IX. Veſtes interiores nunquam appareant, Caligæ, & fœmoralia ſint modeſti coloris. Pretioſi lapilli tam globulis, quàm fibulis non inſerantur, nec deferantur. Pileus non ſit in triangulum acuminatus, ſeù intortus, neque ejus cingulum fibula connectatur. Collarium album, non faſciam collo circumdatam, nec ſericum, nigrumque ſudarium loco collarioli geſtent, quod quidem dum Sacerdotes ſacris induuntur veſtibus pro Miſſa celebranda, aliiſque ſacris actionibus faciendis deponere vetamus ſub pœnis ad arbitrium. *Ex Trid. ſeſſ. 14. cit.*

X. Anulum illi ſolùm gerant, quibus propter Gradus digni-

C.Cler. eff. de Vit. & Hon. Cler. Cõg Rit. 13 feb. 1625.

tatem, & legitimi Privilegii Jure conceditur, ità tamen ut illud, dum Sacrum peragunt, deponant, ſub pœna amiſſionis ejuſdem anuli.

ExTri. ſup. cit. & pluribus Pont. Sãctionibus. C. ſi quis ex Clericis &c.

XI. Capillitio, ſeù aſcititia coma nullus, præſertim in Sacris conſtitutus, utatur, niſi ex mera infirmitatis neceſſitate, à Nobis tamen, & Medicis probanda; Quo tamen caſu ita moderatè protendatur, ut ejus extremitates aures non excedant. Qui aliter eam geſtare auſus fuerit, gravi pœna uſque dum pareat afficietur; Et ſi in Sacroſanto Sacrificio peragendo præfatum Capillitium retinere præſumpſerit, ſuſpenſionem à Divinis per menſem ſtatim incurret nobis reſervatam.

Trid. ſeſſ. 14. ſap. cit.

XII. Etiam in prima Tonſura, & minoribus Ordinibus conſtituti, ſi privilegiis Clericalibus gaudere velint, Tonſuram, & Habitum Eccleſiaſticum geſtent modo ſuperiùs præſcripto, non ſolùm in Eccleſia, & dum Sacris Myſteriis inſerviunt, ſed ſemper, & ubiquè extrà propriam domum. Quòd ſi per menſem integrum, & continuum quis eorum habitu Eccleſiaſtico depoſito utì Sęcularis inceſſerit, vel dicto habitu retento munia Laicalia, atque mœchanica cum Eccleſiaſtici honoris dedecore publicè, & notoriè exercuerit, ipſo facto privilegiis Clericalibus privatum eſſe declaramus. Volumus autem ut hoc Decretum nunc pro tunc ſingulis futuris temporibus pro trina monitione valeat, & ſupradicti menſis decem primi dies pro primo termino, decem ſubſequentes pro ſecundo, reliqui pro tertio, & ultimo peremptorio valeant, & vigeat hoc Decretum, ac ſi cuilibet perſonalitèr intimatum fuiſſet, itàquod ignorantiam ullus allegare nequeat. Si verò Contrafacientes Clericali aliquo Beneficio Eccleſiaſtico potiantur, ſervandum erit præſcriptum in Bulla Sixti Papæ V. ſuprà citata, quam in tertia parte apponi curabimus.

SixtusV. in Bulla ſcip. Cum Sacroſanctam. 92

XIII. Quia verò à Religione, & à ratione paritèr alienum eſt, ut nunquàm Eccleſiæ deſerviant, qui ejuſdem Eccleſiæ bonis, & privilegiis perfruuntur, ideò præcipimus omnibus, & ſingulis Sacerdotibus, & Clericis in hac Civitate degentibus, ut habitu talari, Superpelliceo, & Bireto Clericali induti in noſtra Cathedrali Choro interſint, feſtis ſaltem ſolemnioribus primæ, & ſecundæ Claſſis, præcipuè dum Pontificalia exercentur, & ſi inobedientes fuerint, non erunt impunes. Idemque ſervari vo-

lu-

lumus in Terris, & Oppidis, ubi ſunt Collegiatæ, & Parochiales Eccleſiæ Inſigniores, nedum à Sacerdotibus, ſed etiam à Diaconis, & Subdiaconis, aliiſque Clericis id præſtari jubemus, aliàs Fori privilegio non gaudebunt. Si verò ſæpiùs negligentes fuerint, ad ſuperiores Ordines aſcendere nequaquàm ſperent, proindèque de hoc præſtito Eccleſiæ ſervitio fidem cum Juramento ab eodem Superiore, ſeù Parocho antequàm ad examen accedant pro Ordinibus ſuſcipiendis accipiant.

Ex Trid. ſeſſ. 23. de Reform. cap 6. Et dec. Sac. Corg. Epiſ. apud Barboſ. in Trid. ſuper. dict. Seſſ. & cap.

XIV. A' venationibus, in quibus Canum, armorumque ſtrepitus intervenire ſolet, omninò abſtineant, neque hoc, aut alio quocumque prætextu ullum armorum genus de die, vel de nocte ubilibet ſub pœna viginti aureorum, & quinquaginta ſi arma fuerint æneæ fiſtulæ cujuſvis generis, inſuper & amiſſionis armorum, & carceris etiam pro loci, temporis, armorumque ratione deferre audeant, niſi inimicitiæ cauſa per Nos, vel Vicarium Noſtrum recognoſcenda, & in Scriptis approbanda. Et omnes meminiſſe deſideramus, quod arma Clericorum ſunt Orationes, & preces.

C. 1. de Cleric. Venatore. C. exudiſt. 88. C. Cler. Arma C. 2. de vit. & honeſt. Cleric. C. quicunque ex Cleric. 23. q. 8.

XV. Perſonati non incedant neque de die, neque de nocte. Cantilenas inhoneſtas non canant, neque ſe comites adiungant talitèr cantantibus. Comediis Hiſtrionum nullo modo interſint ſub pœnis ſuprà præſcriptis contra deferentes arma.

C. Preſbyter diſt. 44. Conc. Mediol. par. 2. tit. de Cleric. veſt.

XVI. Inhærentes Decretis Anteceſſoris noſtri vetamus, & diſtrictè prohibemus Choreas ducere, vel in eis ſaltare, ſivè publico in loco, ſivè privato, ſivè in propria, ſivè in aliena manſione, imò etiam extra propriam domum illarum ſpectatorem eſſe. Inobedientes ſi fuerint Sacerdotes, vel in ſacris conſtituti ſuſpenſione à Divinis per octo dies ipſo facto incurrenda, & Nobis reſervata obnoxios eſſe volumus, & declaramus. Si verò Clerici etiam in nullo Ordine conſtituti trium aureorum pœnam pro qualibet vice ſubire cogemus.

Ex Synodo de anno 1685. tit. de vit. & honeſt. Cl. §. 7

XVII. Et quia Choreas præfatas utpotè infauſtas graviſſimorum malorum cauſas à Diœceſi noſtra eliminare ſummoperè deſideramus, ut in Edicto noſtro bis in Anno à Parochis promulgando, ideò inſuper volumus, & declaramus, Sacerdotes, & Clericos ſuprà inflictas pœnas reſpectivè incurrere quotieſcumque hujuſmodi tripudia, etiam intra proprios Lares habenda, promovere auſi fuerint, vel in aula cum Saltatoribus, & Cytari-

zantibus manserint, si contingat illorum propinquos,& domesticos contra monita nostra detestatas Choreas velle peragere; Quarè in tali casu unicè pœnis supra præscriptis illos exemptos facimus, si aspiciant utiquè saltatores, sed cautè, itaut videant, et si fieri poterit minimè videantur.

XVIII. Aleas, Cartasque lusorias, & similia,quibus utplurimùm ludentium animi à Divino servitio avocantur, redditus etiam Ecclesiastici nefariè profunduntur, Dei Sanctorumque nomina sæpè blasphemantur, nec rarò ad fœdissima crimina proluditur, sibi omninò interdicta esse per Sacros Canones, Ecclesiastici omnes scire debent, & Nos auctoritate per Concilium Tridentinum accepta districtè præcipimus, ne Sacerdotes, aliique in Sacris Ordinibus constituti nec inter se, neque cum Sæcularibus,nec in propria,nec in aliena domo ludos præfatos à Jure prohibitos Alearum, & Taxillorum, vel propriam domum ad sic ludendum aliis commodare audeant, sub pœna etiam ab Antecessore nostro præscripta decem aureorum ultra cœteras in Canonibus Sacris contentas.

L. p. ff. de aleat usu & aleatoribus.

Sess. 22. de refor. cap. 1.

XIX. Si verò aliquis contrafaciendo ad tantam audaciam pervenerit, ut suprascriptos ludos agat in loco patenti, & publico, ad quem omnibus detur aditus,& ingressus, pœnam extendemus ad arbitrium nostrum pro qualitate transgressionis, & Transgredientis, qui quantò dignor fuerit tantò gravius punietur.

Syn. Prov. flor. Rub. sup. cit. c. 9. Syn. diœces. anno 1650. tit. de vita & c. c. 17

XX. Porrò ad coercendam intolerabilem quorumdam licentiam, qui non animi gratia, sed lucri simul, & vitii amore quasi à luce prima in vesperum, & multòties cum junioribus tam Sæcularibus, quàm Clericis ludere solent, supra statutam pœnam extendemus, & nedum Carceribus, sed etiam Censuris ad arbitrium nostrum illos severè, & irremissibiliter puniemus.

Syn. prov. s. c. prad.

XXI. Præmonemus Clericos præcipuè Juniores, ne in Plateis, publicisque, & frequentatis locis, nec inter se, neque cum Laicis folle, pila, jactuque disci, vulgò *la ruzzola*, ludant, ne cogant Nos eorum immodestiam pœnis congruentibus refrænare; Non prohibemus tamen illis ludos præfatos animi gratia exercere, in locis remotioribus.

XXII. Caveant Sacerdotes, ne in dedecus proprii gradus Sæcularibus quantumvis prænobilis conditionis tanquam Præfecti Domus, multò minùs vilioribus in ministeriis inserviant, adeò quod

quòd in eorum famulatu manere dicantur. Fœminis cujuſcumque gradus, & conditionis non ſint aſſeclæ. Diſcumbentibus Laicis etiamſi perſpicuæ qualitatis fuerint non aſſiſtant, ſed meminerint Sacerdotium ſuum eſſe Regale, & proindè Soli Deo Regi Regum unicè deſervire glorientur. Inobedientes puniemus ad præſcriptum Ordinationis Sac. Congreg. Epiſc. & Regul. de mandato fœl. record. Innocentii Papæ XII. de die 6. Martii 1697.

C 2. N. Clerici vel Monachi. C. Negotiatio C. conſequens. C. Eiicie nſ. 8. diſt.

XXIII. Balnei, aut fluminis lavacro nullus ex Clero utatur, niſi neceſſitatis cauſa per Medicum approbanda, & tunc id fiat in loco adeò remoto, ut à nemine prorſus conſpici poſſit.

Ex Reg. Vitæ Cleric. D. Carol.

XXIV. Coram Judice Laico nemo Teſtimonium ferat abſque noſtro, vel Vicarii noſtri permiſſu in ſcriptis habendo; multò minus ſe convenirì permittat, ſed Laicalem forum omninò declinet ſub pœnis juxtà Sacros Canones infligendis.

Conc. African. c. 26. 22. q. 5. cap. Nullus ex Eccleſiaſt.

XXV. Mulierem ullam non Conſanguineam ſecum habitare vereantur, niſi ſit famula, & quidem de licentia noſtra ſub pœna ad arbitrium. Hęc autẽ ſit provectę ætatis, nempè quadrageſimũ quintum annum compleverit, cujus facies non ſit decora, neque ſuſpectam vitam duxerit, aliòquin ſi admoniti eam non dimiſerint, vigintiquinque Scutorum pœnam ſolvent. Neceſſarium ſiquidem eſſet, omnes Clericos prę oculis ſemper habere memorabilem illam Divi Cyptiani ſententiam: *Cum Clerico* (inquit) *fœmina nulla commaneat, non deſpecta, non vetula, quia magis illic citò delinquitur, ubi ſine ſuſpicione ſecretum poteſt eſſe delictum, maximè quia cupidini nulla deformitas, & Diabolus pingens pretioſum efficit quidquid fœdum, & horridum fuerit.*

C. 1. de cohabitatione Clericorum & mulier. & ibi Gloſ.

XXVI. Publicis ſuppliciorum ſpectaculis nequaquàm interſint curioſitatis causa, benè tamen confortandi gratia patientes, & tunc caveant, ne eoſdem hortentur, ut ſcalas aſcendant, aut quodvis aliud agant, ex quo mors illis acceleretur, ut omnis irregularitatis ſuſpicio prorſus removeatur.

D. Anton. 3. p. ſumme tit. 28. c. 2. §. 5. Navarrus in Manual. c. 27. n. 117.

XXVII. Domos Eccleſiæ proximas, ſeù Canonicales, ſi quæ ab eis locandæ erunt, nullo modo concedantur ſuſpectis mulieribus, aut exercentibus turpia, aut perſonis infamia notatis, ſeù quorum artes illic exercendę, ſtrepitibus, & clamoribus ſunt obnoxię, quales ſunt Tabernæ, Cauponæ, & hujuſmodi generis Officinæ.

Conc. Carthagin. 3. cap. 5.

XXVIII. Quia verò Militantes Deo, nec lucrum ſectari, nec

ſæ-

C. 1. Ne Clerici vel Monachi supra cit.

C. Negotiat. 8 dist.

Conc. Calcedon.

sæcularibus negociis implicari debent, ideò nullum Mercaturæ, & negociationis genus, sivè per se, sivè per alium exerceant, nec cum Mercatoribus partem habeant, nec vectigalia, sivè directè, sivè indirectè conducãt sub pœnis in Sacris Canonibus contentis. Quòd si quis Transgressor fuerit, & admonitus non resipuerit, Ecclesiasticis Beneficiis, Officiis, & Privilegiis privatus intelligatur.

B. Pius V. in Bulla quæ incipit Cũ primũ Apostolatus

XXIX. Eamdem pœnam subibunt omnes, & singuli de Clericatu, qui vel Simoniæ, vel Usuræ, vel consimilis Criminis Rei comperti fuerint, & præter restitutionem, ad quam de Jure tenentur, & cœteras per Sacros Canones præscriptas pœnas, ulteriùs quinquaginta aureos, & plures etiam, si Nobis visum fuerit attenta qualitate peccati, insuper & peccatoris, solvere compellemus.

Sac. Cong. Conc. ad instantiam Cleri Civit. Aquen.

XXX. Verùm, ut omnes dignoscere possint quodnam genus negociationis revera Clericis sit prohibitum, Sacræ Congregationis Decretum quoddam ab omnibus observandum in tertia parte apponi curabimus, quod nullus ad propriam instructionem perlegere omittat.

XXXI. Abesse à Diœcesi Nobis non concedentibus nulli Sacerdotum liceat.

CAP.

CAP. XXVIII.

De Capitulo, Dignitatibus, & Canonicis, Deque Chori Disciplina

I. QUoties Canonici nomen suum consulunt, gravissimi vocationis suæ ponderis admonentur, illam enim veneranda appellationem sortiti sunt, eò quod Canonicas Regulas exactissimè observando vivi Canones, & animatæ Regulæ benè vivendi cœteris esse tenentur. Hac de causa reliquis Ecclesiastici Ordinis virtute antecellere debent, Sacrosanctis Decretis adamùssim parere, & ministerium suum præstantissimum obire, præcipuè verò religiosa vocis modulatione, pioque cordis affectu Laudes Divinas in Choro persolvere, & Sacra Solemnia celebrare, in quorum altero Angelis pares sunt, in altero Superiores, & si ea omnia, qua decet diligentia, & devotione peregerint, futuri sunt illis in Cœlo per totam æternitatem Sodales. *Trid. c. 12. sess. 24. de refor.* *C. Delentes de Celebr. miss.*

II. Igitur Sacros Ritus perfectè calleant, nedum circa Horas Canonicas, & Missæ Sacrificium, verùm etiam circa Pontificalia, quæ celebrantur in Solemnioribus anni Festivitatibus, ut suis muneribus exactissimè fungi possint, ne Majestas Actionum Pontificalium apud Laicos vilescat, & propter Sacrorum Rituum inobservantiam contemptum pariant, non devotionem. *Trid. ubi supr.*

III. Cantum Gregorianum non ignorent, vel si propter gravem ætatem, vel aliud naturæ impedimentum id assequi minimè possint, studeant saltem quoquo modo valent ea, quæ in Solemnioribus functionibus ab illis indispensabiliter sunt canenda, addiscere, ut Præfationes in missis, Gloria in Excelsis &c., & his similia. *Barb. supradict. c. 14. sess. 24. Trid. n. 72.*

IV. Opportuno tempore Omnes in Sacristiam conveniant, datoque signo, Habitu integro Canonicali induti, cùm modestia, & silentio Chorum ingrediantur, ibique coram Sanctissimo flexis genibus præmittant brevem Orationem, qua negociis temporalibus, ac vanis cogitationibus exclusis, sensus, & mentem colligant, Sanctorum, quorum Officium recitare contige- *C. p. de Cel. Miss. Et C. f. de offic. cust.*

rit

rit, patrocinium implorent, ac corpore animoque compositi Divinas Laudes aggrediantur, semper memores præsentiæ Dei.

V. Ut Chorus noster imago sit, & exemplar illius, quem in Cœlis agunt Almi Spiritus, & Animæ Justorum, necesse est, quod ex vocibus, & actionibus concentus æqualis resultet, ideòque standi, sedendi, surgendi, caput aperiendi, illudque inclinandi, leges, & ritus uniformitèr serventur. Quocirca meminerint ad versiculum *Gloria Patri &c.* in honorem Augustissimæ Trinitatis caput esse aperiendum, inclinandum verò saltem, dum Veneranda Nomina Christi Jesu, Beatæ Mariæ Virginis, & Sancti, cujus Officium celebratur, repetuntur.

Ceremoniale.

Cap. in loco Bened. §. 4.

VI. Curent omnes nedum Canonici, sed etiam Capellani, imò & Clerici, ut in æquas portiones distribuantur, ne in altera Chori parte Cantores superabundent, in altera vero deficiant.

VII. In proprio stallo, servato semper præcedentiæ sibi debitæ ordine, cui nunquam neque Urbanitatis gratia, neque quovis alio titulo cedere liceat, omnes assideant, & voce concordi & sonora, neque nimis alta, neque depressa nimis, distinctè, & devotè, non nimiùm festinanter Officia Divina recitent, pausa in medio versiculorum interposita, & (quod præcipuè advertendum cupimus) altera pars Chori versiculum nunquam incipiat, nisi altera versiculum præcedentem perfectè absolverit, ne confusio potiùs quàm concentus Ecclesiasticus oriatur.

Ex Trid. dict. Cap., & sess., & Cœr. Prov. Flor. de ann. 1574. Rub. 17. c. 2.

VIII. Non misceantur vaniloquia, & risus, epistolæ, vel alia profana non legantur, nec aliud quidquam agatur Loci Sacri Dignitate, ac Dei præsentia indignum.

D. Cap. In loco Conc. Prov. Flor. ubi supra

IX. Qui privatìm in Choro Officium recitare, dum alii cantant, vel nimis demissa voce psalmos, & hymnos canere præsumpserit, dummodò valeat illos alta, & Chorali voce persolvere, non poterit facere suos fructus distributionum; Quòd si fecerit, ad restituendum se obstrictum esse cognoscat; neque enim Choro addictus est, ut solam præsentiam exhibeat, sed ut Laudes Deo canat, & publico ritu persoluat.

Videatur Barb. supr. dict. cap. & sess. Trid. supra cit.

C. Unico de Cler. nõ resid. nt. in 6. Trid. ubi sup. Barb. ibidẽ n. 74.

X. Distributiones unicè accipiant qui statis Horis Canonicis interfuerint, & quidem propriis Insignibus amicti. Reliqui quavis collusione, aut remissione exclusis, minimè illis potiantur, quod omninò servari præcipimus, non solùm in Cathedrali, sed

ſed & in reliquis Collegiatis, in quibus de Jure, vel per jam receptam, probatamque conſuetudinem Horæ Canonicæ perſolvuntur, & earum intuitu Diſtributiones aſſignantur.

XI. Ut autem in faciendis Diſtributionibus æquitas exactiſſimè ſervetur, præcipimus, quòd omnes punctatores ſtatim ac ad id electi fuerint, & acceptaverint, jurent in manibus Superioris illius Capituli, à quo electi fuerunt, vel eo abſente in manibus primi, & dignioris Canonici, ſe fideliter acturos miniſterium ſuum. Quòd ſi hoc non obſtante, id ex conniventia, vel negligentia, aut humano reſpectu non egerint, ultrà obligationem reſtituendi id, quod ipſorum culpa præſentibus non accrevit, vel iniuſtè notatis decrevit, pœnis etiam periurii, aliiſque arbitrio noſtro punientur. *Tr. ubi ſup. C. 1. de Cleric. non reſid.*

XII. Quamvis de integritate DD. Canonicorum, & Cleri noſtri non dubitemus, attamen infraſcriptas doctrinas appoſuiſſe forſan aliquando poterit eſſe perutile. *Clericus* (inquit S. Thomas) *qui vadit ad Eccleſiam principaliter propter diſtributiones, quas recipit tanquam finem ſui operis, committit Simoniam.* Et gloſſa ait: *Canonici intereſſentes Horis principaliter pro denario, qui datur intereſſentibus, peccant graviter, & committunt mentalem Simoniam.* *Quodlibeto 8. art. 11. in corp.* *Gloſſa penult. in c. 1 de Clericis non reſid. in 6.*

XIII. Meminerint Dignitates, & Canonici, tùm Cathedralis, tùm Collegiatarum, quocumque ſtatuto, vel conſuetudine in contrarium non obſtante, ad reſidendum teneri, nec excuſari propter Canonicatuum tenuitatem, quod declaratum extat apertiſſimè à Sacra Congregatione Concilii Tridentini annuente Sanctiſſimo ſub die 20. Junii 1613. Ideòque meminerint ultra tres menſes continuos, vel interruptos quolibet anno ab Eccleſiæ ſervitio abeſſe non poſſe, unde contra inobedientes juxtà Synodus Tridentinæ Conſtitutionem procedetur. *Trid. ſeſſ. & cap. ſuprà cit.*

XIV. Dignitati Canonicorum proſpicientes, mandamus, ne quis eorum in Choro Cantorum, ſeù Capellanorum Officia exerceat, ſed illa ſolùm, quæ pro eorum munere, & gradu eis competunt.

XV. Cum in Capella Pontificia omnibus Eccleſiaſtici Ordinis ſine diſtinctione cujusvis gradus, & conditionis prohibitum ſit geſtare, vel flabellos æſtivo tempore ad refrigerium contra ferventem aeris calorem, vel in hyeme operimenta manuum, vulgò *Manicotti*, vel Chirotecas ad propulſandum frigus, quiſ-

que ex canonicali Jerarchia argumentari poterit, si eis uti liceat præfatis rebus, dum Pontificalia in Solemnitatibus coràm frequenti populo peraguntur.

XVI. Ut omnia in sacris functionibus debito ordine, & ritu verè Ecclesiastico exerceantur, non solùm in Cathedrali, sed etiam in cœteris Collegiatis, eligatur, & deputetur à quovis Capitulo magister Cœremoniarum, qui Festis saltem diebus Choro assistat, & ministeriis sacris diligenter incumbat, cujus erit prævidere, & ordinare omnia, & singula ad Divinum Officium, cœteraque functiones Ecclesiasticas pertinentia, eaque juxtà Cœremonialis præscriptum cœteris observanda proponere. Illi verò reliqui nedum Clerici, & Sacerdotes, sed & Capellani, insuper & Canonici in iis, quæ ad sacros ritus spectant exactissimè pareant, & ejus directionem incunctanter sequantur, solos ejus nutus observantes; Quod utique eis haud grave videatur, cum nedum omnes Ecclesiarum Antistites, sed ipsimet Summi Pontifices Universalis Ecclesiæ suprema Capita quò ad sacros ritus à Magistris Cœremoniarum regi, atque dirigi non erubescant, nec dedignentur.

XVII. Quoties Capitulum congregandum fuerit, consuetis precibus, nempè: *Actiones nostras &c.* &: *Agimus tibi gratias &c.* à Præposito, seù à quocumque alio Præside dicendis, incipiat, & concludatur.

XVIII. Absint omninò jurgia, immodestæ perstrepentium voces, ostinatæque disceptationes, *sed omnia* (ut inquit Apostolus) *in Charitate fiant*, & solo Justitiæ, ac Veritatis studio.

1. *Corinth.* 16 14.

Intra duos menses à publicatione Synodi conficiatur Index omnium Scripturarum, quæ in Archivio Capituli reperiuntur, nec illarũ exemplaria extrahantur sine ejusdem Capituli consensu.

XIX. Conficiatur insuper Catastum, vulgò *Campione* omnium Bonorum mensæ Capitularis, modo, forma, & tempore infrà præscribendis capite de Bonis Ecclesiæ non alienandis.

XX. Si quæ sint Capitula sine Regulis, & Constitutionibus, districtè præcipimus, quod eas intrà sex menses à Synodi publicatione sibi statuant, & si quæ fuerint usque modo non approbatæ, vel variatione aliqua indigentes, eas intra id temporis exhibeant, ut vel approbari, vel respectivè corrigi, & reformari possint, quatenùs magis in Domino expedire videbitur.

CAP.

CAP. XXIX.

De Parochis, & eorum Reſidentia

I. CUm propter nos homines, & propter noſtram ſalutem Filium Unigenitum de Cœlis deſcendiſſe profiteamur, facilè quiſque ex Sacris Paſtoribus intelliget quanta in cuſtodiendis Animabus illis, quas Chriſtus acquiſivit Sanguine ſuo, adhibenda ſit diligentia. Teſtatus eſt enim ipſe Chriſtus Paſtorum Princeps apertiſſimè, quòd Sanguinem commiſſarum Ovium, quæ fortaſsè ex incuria Cuſtodum peribunt, in die iræ, & ultionis de illorum manibus tamquàm ſeverus Judex requiret; Meritò igitur à Tridentini Concilii Patribus Parochi onus Angelicis humeris formidandum dicitur, & per Sacros Canones *Ars Artium, & Scientiarum Scientia* nuncupatur; Ideò altiſſimi hujus muneris proponendæ rationes totam ad ſe revocant mentis noſtræ ſolicitudinem. Vellemus proindè hìc peculiari Spiritus Sancti afflatu Nos, & Parochos ſimul animari, ut graviſſimi miniſterii pondus aptè Nos poſſemus edicere, & ipſi ſcirent rectè illud exiſtimare, atque viriliter deferre.

Act. 20. 28.

Ezech. 36. 6

Seſſ. 6. *c.* 1. *de ref.*

Cœli ſit ars. de Ætat. & qualit.

II. In primis igitur ſeriò recogitent, ſe utpotè Paſtores debere verbo, & exemplo formam Gregis ſui fieri ex animo. Verùm an Mercenarii ſint potiùs quàm Paſtores, dignoſcere clariſſimè poterunt ex verbis Magni Gregorii ajentis: *Mercenarius quippè eſt, qui terrenis commodis inhiat, honore Prælationis gaudet, temporalibus lucris paſcitur, impenſa ſibi ab hominibus reverentia lætatur, locum Paſtoris tenet, ſed lucra Animarum non quærit.*

1. *Corinth.* 4. 1.

Hom. 14 *in Evangelia.*

III. Habeant ſinguli Concilium Tridentinum, Cathechiſmum, & Rituale Romanum, quos libros aſſiduo ſtudio revolvant, ut ita ad propria munia ritè obeunda pleniſſimè inſtruantur, qua de cauſa etiam has noſtras Synodales Conſtitutiones habeant, quas cum ſupradictis in Viſitatione Nobis exibere teneantur ſub pœna trium aureorum, ſi illis carere deprehenſi fuerint, & ne fraus aliqua intercedat, volumus libros præfatos vel proprii cujuſcumque nominis inſcriptione, vel alio ſpeciali charactere eſſe ſignatos; ut ſine falſitatis periculo dignoſci poſ-

C. Ignoratiæ C. ſi juxta. 38. *diſt.*

sit quinam illorum sit Dominus.

IV. Hortamur autem, ut alios libros sibi comparent ad propriam instructionem, ut *Possevinum de Officio Parochi*, & *Hortum Pastorum Marcantii*. Item *il Paroco istruito del Padre Segneri, e il Manuale per i Curati del Padre Benamati Servita*. Præ cœteris verò *il Christiano istruito del Padre Segneri suddetto, & il Parochiano instruttore del P. Agnelli*, quorum librorum beneficio, si qui minùs idonei reperiantur ad Populum memoritèr alloquendum, poterunt opportunos sermones ex Altari legere, morosè tamen, & distinctè, ut quæ legerint Auditorum animis sensim, & utiliter illabantur, & sic muneri concionandi diebus saltem Dominicis, ad quod appr.imè tenentur, aliqualitèr satisfacere. Etenim Transgressores omnibus Juris remediis ad obediendum cogemus.

Trid.sess.5. C.2.de ref. Et sef 24.c. 4. de refor.

V In Parochiis suis resideant, & quidem in Ædibus Parochialibus, quas si non habeant, vel illas resarciri necesse sit, quamprimùm per eos, ad quos spectabit construi, vel resarciri curabimus, & interìm in Domo, vel in mansione aliqua inter Paroeciæ fines personalitèr habitent. Cujus rei gratia sciant sibi neque tenuitatem reddituum Ecclesiæ, neque defectum prædictæ Domus Canonicalis, neque propinquitatem ad Parochiæ confinia, nec deniquè consuetudinem in contrarium suffragari, quin possint tuta Conscientia extrà Curæ suæ limites absque speciali Sanctæ Sedis Indulto residere.

Trid.sef.23 de ref. c.1. & decr.Sac. Cong. apud Barb.supra dict.sef.cap. n.45.

VI. ItaqueParochi, qui absque nostra licentia in scriptis, quam maxima cum maturitate ad formam Concilii Tridentini, & non nisi extra tempus Quadragesimæ, & majorum Solemnitatum (nisi aliqua gravis necessitas alitèr suadeat) concedemus, à propria Parochia abfuerint ultra quinque integros dies, vel continuos, vel interpolatos pro quolibet mense gravitèr peccabunt, & absque alia declaratione fructusEcclesiæ suos facere non poterunt pro rata dierum absentiæ, sed illos, vel in ejusdem Ecclesiæ utilitatem, vel in subsidium Pauperum expendere tenebuntur, & insuper pœnas à Prędecessoribus nostris latas irremissibiliter subibût, nempe suspensionis àDivinisNobis reservatæ ad arbitrium nostrum, ita quòd elapso illo quinto die illicò, & absque alia declaratione hujusmodi Censuram incurrant. Quinimò crescente contumacia Constitutio B. Pii Papæ V. contra Parochos

Trid.ubi supr.

Tr.subPaulo III. sef. 6.de ref.c.1 Et sub Pio IV. sess.23. sup. cit.

B.Pii Bulla incip. Cupientes.

non

non reſidentes emanata, & in tertia parte Synodi regiſtranda ad unguem ſervabitur.

VII. Licentiam ſupradictam ultra bimeſtre ſingulis annis niſi ex graviſſima cauſa nullus obtinere præſumat. Quòd ſi per id temporis quis illam acceperit, teneri volumus ad relinquendum, de ſcientia, & permiſſione noſtra, Subſtitutum, qui vices ſuas gerere poſſit, niſi fortè Capellanum habeat, quo caſu ad id non teneri intendimus, & declaramus. *orid.loc.cit.*

VIII. Si verò abeſſe à Parochia illi contingat per octo tantummodò dies, vel ad ſummum decem, de licentia tamen noſtra, nec Capellanum habeat, ſatis erit, ſi Gregem ſuum vicinioribus Parochis commendet, cum hac tamen conditione, quòd antè diſceſſum ſuum id Populo denunciet, ut neceſſitate ſuperveniente quiſque ſciat ad quem recurrere poſſit, & debeat pro Sacramentis Eccleſiæ, cæteriſque ſpiritualibus auxiliis. Et qui in aliquo ex his defecerit, etiamſi licentiam à Nobis diſcedendi obtinuerit, pœnam quatuor aureorum incurret.

IX. Verùm ne hæc, & alia plurima quoad Parochorum reſidentiam à Sacris Conciliis, & Congregationibus in caſſum ſancita ſint, eò quòd Delinquentes ignorentur, mandamus omnibus RR. Plebanis, ut ſingulis menſibus diligentèr inquirant, an Rectores Parochialium ſibi ſubjectarum apud proprias Eccleſias reſederint, ac prorio muneri ſatisfecerint, & ſub pœna vigintiquinque aureorum mandati executivi non Reſidentes quamprimùm Nobis denuncient, & è converſo antiquiores Parochi ſub eadem pœna Nobis denunciare non differant Plebanos itidem non reſidentes.

X. In Parochialibus Eccleſiis, in quibus ob multitudinem, & frequentiam Populi unicus Sacerdos vix ſufficere poteſt, addatur Capellanus à Parocho eligendus, ſed à Nobis approbandus, & arbitrio noſtro removendus, qui quidem expenſis Parochi alatur, ſi Eccleſiæ redditus ad id ſufficiant, ſin minùs, quantum fierit poterit, ex ſubſidiis Parochianorum, & hoc à Nobis erit determinandum. *Trid.ſeſ.21 c.6.de refor C. licet de Eccl.n.6.*

XI. Quamvis autem Coadiutorem conducant, meminerint tamen teneri per ſe ipſos Ovibus ſibi creditis adeſſe, ſibique tamquam Paſtori, non verò Mercenariis *ad quos de Ovibus non pertinet*, Gregem eſſe commendatum, & proindè ipſi per ſe Sacra- *Matthæi 10. n.12. Ex Trid.ubi ſup.*

cramenta adminiſtrent, Fidei rudimenta doceant, & Verbum Dei prædicent, & ſolùm quando legitimè impediti fuerint, & multiplicentur neceſſitates Capellanis utantur.

XII. Verùm ut quilibet Parochorum dignoſcat quid in hac re, quæ quidem maximi momenti eſt, ſibi liceat, vel non, Decretum quoddam Sacræ Congregationis Concilii ad inſtantiam Epiſcopi Fulginaten. emanatum de verbo ad verbum in tertia parte addere congruum putavimus, ex illo enim quiſque argumentari valebit, an poſſit Parœciæ onus ſuperimponere Capellanis, & propriis vacare commodis.

de die 10. Maji 1687

XIII. Dominicis, Feſtiſque diebus ſaltem pro Populo ſibi commiſſo Sacrificium celebrare, & applicare non omittant, & ad tollendas ambiguitates, quæ ex diverſis Theologorum ſententiis ſuboriri poſſunt, Decretum ſuper hoc emanatum à Sacra Congregatione Concilii in tertia parte annotabitur unà cum altera ejuſdem Sacræ Congregationis Reſolutione, ex qua perſpicuum erit ad id teneri Parochos etiam congruam non habentes.

Trid ſeſ. 23 c. 1. cit. Sub die 13. feb. 1639. Inſuper 17. Julii 1649. & 5. Julii 1670. & aliis.

XIV. Quia verò gravis eſt abuſus, quo Parochi prædictis Dominicis, Feſtiſque diebus proprias derelinquunt Eccleſias, & ad alienas celebraturi ſe conferunt, non ſine ſcandalo pariter, & damno Populorum; Ideò pro debito muneris noſtri opportunè providere cupientes, re maturè, ac ſeriò diſcuſſa, conſultis etiam ſuper hoc RR. Plebanis, & Parochis ipſis, prout infrà decernendum eſſe ſtatutum eſt.

Trid. ſeſ. 23 c. 1. & 23 de ref. Cong Cõnc. 17. Feb. 1639., & aliis Dec.

XV. Liceat tantummodò Curatis Sacrum facere diebus Feſtis de præcepto in alienis Eccleſiis, quæ tamen ſunt intra limites ſui Plebanatus, quando occurrit celebritas Sancti Titularis earum, adiectis tamen conditionibus infrà deſcribendis.

Prima. Quòd talis Celebritas non concurrat cum Solemnitate Nativitatis, & Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes, Aſſumptionis Deiparæ, & Omnium Sanctorum.

Secunda. Quòd Eccleſia, in qua Feſtum Titularis celebrabitur non diſtet à propria Parochia pluſquàm per unum milliarium cum dimidio ad ſummum, nec flumen aliquod intermediet, itaquòd Populus de facili ad eam poſſit accedere.

Tertia. Quòd in antecedenti Dominica Populum ſuum præmoneat de ſua futura abſentia in ſubſequenti feſto, ut ſibi poſ-

ſit

ſit providere, & quatenùs ſit opus, alibi Miſſam auſcultare.

Quarta deniquè, quòd in Parochia ſua non ſint invalidi, vel nimio ſenio gravati, qui ad aliam Eccleſiam nullatenùs ſe conferre valeant, in hoc enim caſu inhibemus illis, ne Eccleſiam propriam relinquant, niſi de alio Sacerdote illam providerint, qui vice ſua Sacrum celebret. Contrafacientes etiam in aliqua ex præſcriptis conditionibus, trium aureorum pœnam pro prima, & ſecunda vice, tertia verò ſuſpenſionis à Divinis per octo dies Nobis reſervatam illicò incurriſſe nunc pro tunc declaramus.

XVI. Quacumque diei, vel noctis hora ad Sacramenta miniſtranda vocabuntur, hilari vultu, ac prompto animo accedant, imò ſtatim ac aliquem ex Parochianis ægrotare intellexerint, etiam non vocati, illum viſitare non omittant. Ad inopes, & miſerabiles alacriùs eant, ſeù potiùs convolent ſtimulo ſui muneris, & Charitatis. Viſo languente non ſtatim diſcedant, ſed, ubi opus fuerit, conſiſtant, & ad vulnera Animæ curanda adhibeant potentiſſima Sacramentorum remedia. Cum hæc adminiſtraverint, caveant, ne de Infirmis curam ampliùs non gerant, ſed frequentèr eos viſitent, præcipuè verò in agone poſitos, & ea omnia, ac ſingula, quæ ſuperiùs Cap. *De extrema Unctione* inſinuavimus, & præcepimus exactiſſimè compleant. *Ex inſtruct. D. Caroli*

XVII. Si contingat aliquem Sacramentis, vel eorum aliquo non munitum ex hac vita decedere, teneantur Parochi infra octo dies id Nobis manifeſtare ſub pœna ad arbitrium, ſciantque hujus mandati tranſgreſſionem futuram ſemper Curiæ noſtræ grave, & validum reatus indicium.

XVIII Verùm, ne de facili præfati caſus accidant, moneant Parochi omnes ſibi ſubditos, ac in Virtute Sanctæ Obedientiæ præcipiant, ut ſtatim ac aliquem ex illis infirmitatis cauſa in lecto decumbere contigerit, illicò de ejus infirmitate notitiam deferant, ut poſſint muneri ſuo facere ſatis.

XIX. Quòd ſi his non obſtantibus diligentiis compertum fuerit aliquem ſine præfatis Sacramentis, vel Animæ commendatione obiiſſe, ſocordia Parochi, pœna pecuniaria, & quidem gravi ad arbitrium noſtrum, imò etiam Carceris pro criminis qualitate punietur, & ſi id iterùm, atque iterùm contingat, uſque ad privationem Beneficii, ſivè ad tempus, ſivè in perpetuum deveniemus. *Synod. Pro. Flo. ſap. cit. Rub. de Sacram. C. 2.*

XX

XX. Invigilent inſuper diligenter explorando, an in eorum jurisdictione adſint conventicula Maſculorum ſimul, & fœminarum, vel maſculorum tantum, vel ſolummodo fœminarum, ubi de rebus, & exercitiis ſpiritualibus pertractetur, & ſi invenerint, ſtatim Nobis denuncient. Inſuper inveſtigent, an degant publici peccatores, nempe Adulteri, Concubinarii, Sortilegi, Blaſphæmi, & alii ſimiles, & ſi quos invenerint, paterna Charitate eos priùs admoneant, quod ſi non reſipuerint, ad Nos, vel Vicarium noſtrum deferant, ut eos, prout opus fuerit, utiliter in Domino corrigamus.

Liter. Con. S. off. de Urbe 15. Feb. 1687.

XXI. Quàm pernicioſæ ſint Choreæ, atque Tripudia, nec non conſuetudo illa, quæ Dæmonis arte introducta eſt, præcipuè inter Ruſticos, habendi ſcilicet hyemali tempore Virorum, & fœminarum vigilias, & ut vulgò dicunt *Veglie*, in quibus plurimi obdormiunt in morte, nemo non videt. Certè ſcurrilitas actuum, verborumque libertas, quæ inter eos ad nauſeam uſque auditur, & cernitur, non poſſunt honeſtati quàm maximè non nocere. Itaque in Virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſtrictiſſimè præcipimus Animarum Paſtoribus, ut totis viribus agant pro hujuſmodi abuſu pœnitùs extirpando. Quare Edictum Noſtrum ſuper his emanatum, & in ſecunda Parte deſcriptum, diebus ibidem deſcriptis populo annunciare non prætermittant.

D. Carolus Act. p. 1. in Conc. provinc. 3.

Synod. diœc. 1690. tit. de off. Parochi §. Jnolevit.

XXII. Neceſſitatibus Viduarum, Virginum, Orphanorum, & Pupillorum, aliarumque miſerabilium perſonarum, prout poterunt, ſuccurrere non prætermittant, ſimulque alios ſuo hortatu, & exemplo ad idem alliciant, memores pro ſuis Ovibus debere quemvis ſuſcipere laborem, ſubire caſus, injurias perferre, & ſi opus fuerit, etiam Animam ponere.

Trid. ſeſſ. 23. c. 1. cit. ſup.

XXIII. Si Aliquando Parochus fuerit requiſitus pro condendo Teſtamento, ſciat id per ipſum poſſe in articulo mortis præſtari, cum præſentia trium, vel ſaltem duorum Teſtium, ad pias Cauſas, ut Sacri Canones decernunt, quod deinde erit ſervatis ſervandis redigendum in authenticam formam, ut plenam Juris validitatem acquirat. Et licet Doctores admittant Teſtamentum ad pias Cauſas, ſi manu Teſtatoris conſcriptum fuerit, etiam ſine Teſtibus ſuſtineri, & ab ipſo Parocho cum Teſtibus poſſe conſcribi, etiam ad utilitatem propriæ Eccleſiæ, tamen caveant Parochi hujuſmodi Schedulas ab Infirmis recipere, vel pr oprio

C. Cum eſſ. C. Relatum de Teſtam.

merlin. doc. 305. a n. 3, uſq. ad fin. De Luca de Teſtam. diſc. 14. n. 3.

ca-

charactere prædicto modo,& ſine Teſtibus Teſtamentum conſcribere, præcipuè ſi decumbentes Infirmi Conſanguineos, & propinquos habeant, ne Laicis murmurandi occaſio ſubminiſtretur.

XXIV. Diſſidia, & contentiones cum Subditis omninò devitent, & ſi aliquæ exortæ fuerint, ſtatim extinguere conentur, vel ſaltem ad Nos deferant, ut amicabiliter componantur, maximè ſi Juris controverſia fuerit. *C. Studendum. C. ſtatuto. diſt.*

XXV. Adoleſcentes non conſanguineos in convictum recipere, & domi alere, & retinere nullo modo poſſint, niſi priùs à Nobis impetraverint facultatem ſub pœnis ad arbitrium.

XXVI. Cum Agri, & Vineæ propriæ Parochorum ſint Animæ Parochianorum, de quibus tamquàm de peracta villicatione in noviſſimo die ſtrictiſſimam rationem reddent, ideò terreſtres agros colere, vineas fodere, metere, aut quodvis aliud Agricolarum opus agere ſub gravibus pœnis arbitrio noſtro ſibi interdictum exiſtiment. *Trid. ſeſſ. 22. de Refor. c. 1.*

XXVII Omni ſtudio promoveant in Populo Devotionem Sanctiſſimi Roſarii, & Septem Dolorum Beatæ Mariæ Virginis. Indulgentias pro Feſto Sancti Titularis Eccleſiæ, & Indultum Altaris privilegiati pro Populo à Sancta Sede impetrare non omittant. Feſtum dicti Sancti Titularis, & Dedicationis Eccleſiæ, ſi conſecrata fuerit, majori quo poterunt celebritatis decore peragere ſtudeant.

XXVIII. Non obliviſcantur ſtatis diebus nota facere Plebi ſuæ Edicta, & Apoſtolicas Conſtitutiones, noſtraquæ Monita, quæ circa Dœceſis noſtræ Regimen condita fuerunt, quæque in ſecunda parte deſcripta erunt, quod ut faciliùs exequi poſſint, curabimus in Ordinario Officii annotari dies pro dictis Publicationibus faciendis. *Conc. Ravenn. 2. ſub. Clem. V. Trid. ſeſſ. 25. in Decret. de Deleſt. Cibor.*

XXIX Ante Feſtum Pentecoſtes mittant notulam, ſeù ſtatum Animarum ſuæ Paroeciæ cum diſtinctione, & ſi quem in Paſchate Sacramenta juxtà præſcriptum Eccleſiæ non recepiſſe compererint, id in iiſdem notulis indicent, exprimendo nomen, & cognomen, & præfata notula deſcribatur juxtà formulam in ſecunda parte præſcribendam. Tranſgredientes tribus aureis mulctabuntur. *Sym. Diœc. de Paroch.*

XXX. Unuſquiſque Parochus intra quatuor menſes à publi-

catione Synodi habeat Sigillum, in quo sculptum sit signum aliquod suæ Parochiæ, itaut ab omnibus aliis dignosci possit, quo quidem Sigillo munire teneatur omnes literas testimoniales, quas illi concedere contigerit, aliòquin nullam eis fidem habendam esse decernimus; Sic enim occurremus fraudibus, quæ sæpè sæpiùs accidunt. Præfatum verò Sigillum in morte Parochi minimè à Consanguineis, vel Heredibus tollatur, sed eum cæteris libris, & scripturis ad Ecclesiam spectantibus volumus ab Oeconomo custodiri Successori Parocho consignandum.

XXXI. Cum Parochus infirmabitur, ejus Animæ, aliarumque eidem commissarum Regimen viciniori Parocho, sivè proprii, sivè alieni Pleberi Diœcesis nostræ enixè commendamus. Quòd si id ponderis per se solùm portare nequeat, & alter Sacerdos approbatus non adsit, qui eum adiuvare valeat, illicò Nos moneat, ut providere, & auxiliarem operam dare valeamus.

XXXII. Qui verò ei assistet, quicumque sit, cum primùm viderit eum in discrimine mortis constitutum, Parochum alterum viciniorem, vel saltem duos testes fide dignos advocet, & coram eo, vel cum ipsis conficiat Inventarium librorum, & scripturarum ad Ecclesiam Parochi decumbentis quoquomodo spectantium, cui Inventario omnes prædicti suo modo subscribant; statim verò secuta morte secùm ea Inventaria, scripta, & libros, nec non supradictum Sigillum deferat suo tempore consignanda Oeconomo per Nos eligendo. Transgressor decem aureis mulctabitur.

XXXIII. Admoneat insupèr Populum de lata excommunicationis sententia contra asportantes à Canonicali Domo libros, & scripturas prædictas, eademque excommunicatione se innodatos esse sciant Consanguinei, seù Affines, & Hæredes Defuncti Parochi, si quidquam amoveant, asportent, seù asportare faciant è Domo Canonicali antequàm Inventarium rerum ibi repertarum pleniſſimè fuerit absolutum.

Conc. Late. 3. sub Inno. II. c. 5.

XXXIV. Eamdem pœnam infligimus memoratis Hæredibus, Consanguineis, & Affinibus, si tempore, quo Parochus ægrotaverit absque licentia nostra, vel Vicarii nostri Generalis ausi fuerint incidere arbores etiam infructiferas existentes in Ecclesiæ prædiis, vineis, & agris, quamvis tempus incisionis advenerit.

XXXV.

XXXV. Hortamur denique, & obsecramus Successorem Parochum, ut pro Anima sui Prædecessoris Anniversarium Sacrificium quotannis peragere ex Charitate non dedignetur, quod Suffragium & Nos speramus, nedùm à Venerabilibus Sacerdotibus Diœcesis nostræ Nobis dilectissimis, verùm & à Pietate, & Charitate eximia nostri Successoris.

CAP. XXX.

De Clericis Ecclesiis Parochorum, & Monialium inservientibus.

I. SAcra Tridentina Synodus pristini moris Ecclesiæ restituendi desiderio flagrans, statuit, ut Ecclesiis, præcipuè Parochialibus Clerici addicantur, qui ea sedulò sacri ministerii præstent officia, quæ dudùm antiquo Canone decreta erant, & hoc quidem, ne minorum Ordinum actiones, & munia ab Apostolorum temporibus in Ecclesia Christi recepta tamquàm otiosa, & inutilia non minùs impiè, quàm negligentèr traducerentur, nevè profanæ manus Sacris Altaribus inservirent, ac vasa Domini contrectarent. Nos ergo piissimis hisce votis, & justis Sacrosanctæ Synodi memoratæ, prout par est, satisfacere cupientes, & volentes, jam in peracta Diœcesis Visitatione aliquibus Ecclesiis, loco Sæcularium, Clericos ad inserviendum deputavimus, nunc verò hac Synodali Constitutione efficacitèr præcipimus, ut nullus deinceps admittatur Sæcularis ad servitium Ecclesiarum, nisi ad pulsandas Campanas, quando Clerici ad id vires sufficientes non habeant, sivè Ecclesiæ Parochorum sint, sivè Monialium, ita quòd soli Clerici, prima saltem Tonsura decorati iisdem Ecclesiis minora exhibentes officia assiduè famulentur.

Sess. 23. de Reform. C. 17. C. ut quisque de vita, & honest. Cler.

II. Eorum ergo partes erunt custodiam, nitorem, ac munditiem Ecclesiarum, Altarium, sacrorumque Vasorum, Vestium insupèr Ecclesiasticarum, ac totius sacræ supellectilis, diligentèr curare.

III. Insupèr Candelas, Oleum, Vinum, & Hostias, cœteraque ad Divinorum Officiorum actiones necessaria sedulò præ-

præparare. Altaria pro temporum, ac Solemnitatum ratione decenter ornare, ejusque coloris indumenta, quæ Sanctorum Celebritatibus propria erunt, Sacerdotibus celebraturis in dies singulos præparare, & exhibere. Ecclesiæ pavimentum verrere, & à sordibus reliquas ejus paries mundare. Hora congrua (si idonei fuerint) Campanas ad Missas, Vesperas, Conciones, Processiones, Festivitates, aliasque sacras actiones Populis significandas pulsare, & Templo Dei in omnibus absque ulla intermissione semper assistere, & inservire. Cuncta demùm, quæ sivè ex institutione, sivè ex consuetudine pro diversis Ecclesiarum moribus agenda sunt, cum eximia Pietate, atque modestia exactissimè adimplere.

IV. Verùm quia dignus est Operarius mercede sua, congruum, & rationabile est, ut pro illis mediocre saltem aliquod stipendium stabilire curemus; Idcircò præcipimus Parochis, ut dictis Clericis fidelitèr distribuant omnia, & singula emolumenta, quibus usque modò potiti sunt Laici inservientes, idemque respectivè servari volumus à Monialibus.

V. Ubi plures fuerint Clerici, volumus quòd præfatis Ecclesiis Parochialibus per turnum servitium præstent, ut omnes munia minora Ecclesiæ addiscant, & exerceant. Pro Ecclesiis verò Monialium, non sic, sed electi à Nobis in præfato servitio solùm ad arbitrium nostrum perdurent. Ii autem nullo modo negociis, sivè Monasterii, sivè Monialium se ingerant. Tantummodò Superioribus, & Sacristiæ servitio addictas alloqui poterunt unicè de iis, quæ ad Ecclesiæ ministerium spectant. Qui secùs facere ausi fuerint, à præfato servitio amovebuntur, & severè punientur.

VI. In Ecclesiis Parochialibus Clericos ad serviendum Parochi deputent, pro Ecclesiis verò Monialium id Nobis justis de causis reservatum volumus.

VII. Non tantùm Dominicis diebus, cæteriisque festivis, sed quocumque etiam feriali die, sivè in Choro Divinis Officiis, sivè ad Altare pro Missę Sacrificio in quacumque Ecclesia, sivè Parochialis fuerit, sivè Monialium, semper, ut decet, superpelliceo utantur.

VIII. Quò loci nullus extabit Clericus, Laicus ad servitium Ecclesiæ assumi, & deputari poterit, sed modestus, devotus, ca-

caſtus, & probatæ vitæ, qui dum actu Sacris Altaribus inſerviet, veſtem quamdam breviorem, ſed nigram deferat.

IX. Verùm qui Clericali militiæ nomen dederunt, nedum habitum geſtent, ſed virtutes Clericatus in ſe oſtendant, & intellexiſſe demonſtrent quàm neceſſaria ſibi ſit morum Innocentia, & Sanctitas, cum prælecti ſint ad miniſtrandum ad Altare Dei, & ad Sacra aſſiduè contrectanda. *Trid. de Refor. ſeſſ. 22. c. 1.*

CAP. XXXI,

De Regularibus, & Eremitis

I. SAcri Religioſorum Ordines, quos Sancta Eccleſia ſuprema auctoritate firmavit, auxit, decoravit, quantum pro debita retributione eidem Sanctæ Eccleſiæ utilitatis, ſplendoris, & dignitatis contulerint, Cœlum ipſum, ipſaque Terra univerſa teſtantur.

Teſtatur Terra, in qua pro Fide Chriſti contra infenſiſſimos Hoſtes tuenda ſimul, & propaganda, atramento, ſudore, & ſanguine uſque ad agonem, & interemptionem uſque impigrè laboraverunt; Hinc meritò dici poteſt tot eſſe in Terris fortiſſima Militantis Eccleſiæ Præſidia, quot eorum Religioſa Agmina numerantur.

Teſtatur itidèm Cœlum, ſiquidèm Mundi hujus blandimentis poſtabitis, ſpem ſuam in Altiſſimis, ubi vera ſunt gaudia collocâtes, Eccleſiæ Triumphanti, veluti ſplendidiſſimo Cœlo, addiderunt ferè innumera Sydera Sanctitatis. Quare cum etiam modò Eccleſiæ Nobis creditæ, Nobiſque paritèr plurimùm prodeſſe poſſe cognoſcamus, ideò omnes, & ſingulos, qui in Diœceſi noſtra præfatæ Regularis Vitæ Profeſſores exiſtunt, primò amplectimur in Domino tamquàm Confratres noſtros dilectiſſimos, deindè ſeriò monemus, atque enixè obſecramus, ut acceptæ à Deo Vocationis ſuæ memores, *in Verbo* (ut ait Apoſtolus) *in Converſatione, in Charitate, in Fide, in omni opere bono fructificantes*, tamquàm Ordinis noſtri Cooperatores in agro Domini excolendo, Nos adiuvare non dedignentur, & cum Venerando Clero noſtro mutua Charitate coniuncti, Zelo æternæ Salutis, ad Dei Gloriam ſanctè conſpirent, ut tandem omnes *Ad Roman. 13. v. 13.* *2. ad Timoth. c. 4. 12.*

nes illos, quos fidei noſtræ Divina Providentia commiſit, quaſi purgatum triticum in horrea Cœleſtia congregemus.

II. Itaque in primis quicumque in Diœceſi Regulares degunt, ii præſertim, qui ad Confeſſarii munus obeundum à Nobis approbati fuerint, has noſtras Conſtitutiones Synodales legere non graventur, ut adimplere valeant, quæ in illis ad eos ſpectantia ſancivimus.

Trid. ſeſſ. 25. de Regular. c. 12. III. Cenſuras non ſolùm à Sancta Sede, ſed etiam à Nobis emanatas, quoties requiſiti fuerint ſervare, & reſpectivè in propriis Eccleſiis publicare non renuant.

IV. Privilegiis, Gratiis, atque favoribus à Sancta Sede diverſis temporibus obtentis tantummodò intrà limites Declarationum ejuſdem Sanctæ Sedis fruantur, ideòque, ut faciliùs, & ſecuriùs id agant, ad eorum memoriam reducimus Conſtitutionem Gregorii XIII. de anno 1584., Gregorii XV. de anno 1622; præcipuè verò Conſtitutionem Clementis Papæ X. de anno 1670. in qua omnium Regularium Privilegia quò ad prædicationem Verbi Dei, & Sacramenti Pœnitentiæ adminiſtrationem declarantur, qua de cauſa illam per extenſum in tertia parte conſcribere faciemus.

V. Præfatæ autem Bullæ, ſeù Conſtitutioni adiiciemus in eadem Synodi parte Decretum quoddam ejuſdem Clementis X. de anno 1674., per quod declaratur minimè licere Regularibus extrà caſum infirmitatis audire Sacramentales Confeſſiones Sæcularium in eorum privatis domibus, ſeù manſionibus, ne prætextu quorumdam verborum in ſupradicta Bulla, ſeù Conſtitutione contentorum, videlicèt: *Religioſos, qui ad Confeſſiones audiendas idonei generaliter reperti fuerunt, ab Epiſcopo, generaliter quoque, & indiſtinctè abſque aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis perſonarum, in Diœceſi propria admittendos &c.* audeant ſecùs facere, & tranſgredi Conſtitutionem noſtram ſuper hoc in Capite de Sacramento Pœnitentiæ expreſſam.

VI. Præmonemus inſuper illos, qualiter ex Summorum Pontificum Decretis ſibi prohibitus eſt acceſſus ad monaſteria Monialium, atque allocutio cum illis, etiam Conſanguineis, ſub pœna privationis Officii, vociſque activę, & paſſivæ, ut in Decreto Sacræ Congregationis juſſu Sixti Papæ V. de die 7. Maii

1590.

Digitized by Google

1590. Quam prohibitionem obligare ſub mortali ex ejuſdem Sacrę Congregationis Reſolutione de die 1. Julii 1606. clariſſimè conſtat.

VII. Quamvis verò Nobis datum ſit licentiam concedere Regularibus Conſanguineis in primo, & ſecundo gradu per quatuor vices ad ſummum quolibet anno, id tamen concedere tantummodò valemus ſervata ad unguem forma, quæ ſequitur, ſcilicèt: Ut id nullo modo liceat diebus feſtivis, aut in Adventu, Quadrageſima, feria ſexta, ſabbato, & vigiliis, prædictaque licentia obtenta conſignetur Confeſſario monaſterii, qui penès ſe eam retinere debeat; Religioſos aſſociet, & præſens ſit, dum loquuntur, nec non auſcultatrices de more, non autem aliæ Moniales aſſiſtant, prædictaque licentia pro die, & hora certa in ſcriptis concedatur, & in libris Cancellariæ annotetur; ut in Decreto Sacræ Congregationis Urbani Papæ VIII. ſub die 15. Decembris 1623. Quam prohibitionem extendi etiam ad breviſſimum allocutionis ſpatium, itaut parvitas materiæ excludatur, declaravit Decretum ejuſdem Sacræ Congregationis Concilii ſub Clemente Papa X. editum de die 12. Maii 1669. Itemque extendi etiam ad Regulares, ſub quorum regimine ſunt ipſæ Moniales, quorum neminem, excepto Superiore, & Confeſſario, ad colloquendum cum illis etiam occaſione Prædicationis, non impetrata Epiſcopi, aut ejus Vicarii Generalis facultate, poſſe accedere declaratum eſt in alio ejuſdem Sacræ Congregationis Concilii Decreto de die 21. Maii 1678. cum aliis ſuperiùs enunciatis in tertia parte referendo.

VIII. Sciant item eis non licere Sacram Euchariſtiam publicè Populo adorandam exponere, nec Illam proceſſionalitèr ducere in Die Corporis Chriſti extrà limites propriæ Parochiæ, non obſtante quacumque immemorabili conſuetudine, niſi de licentia noſtra, juxtà Decretum Sacræ Rituum Congregationis cum cæteris ſuperiùs citatis apponendum.

IX. Nec obliviſcantur ſibi cautum eſſe abſque noſtra Benedictione, Conciones, etiam in propriis Eccleſiis habere, Indulgentias publicare, alicujus Familiæ paupertatem ad effectum captandæ eleemoſynæ commendare. Vagos, ignotoſque Sacerdotes ad Sacrum faciendum admittere ſine Dimiſſoriis à Nobis, vel

Cong. Epiſ. 21. Sept. 1586. & 14. Januar. 1625.

vel Vicario noſtro recognitis, & ſubſcriptis. A' Caſibus Nobis reſervatis ſub quovis prætextu abſque noſtra licentia, & facultate abſolvere. Quòd ſi alitèr egerint, pœnam Excommunicationis, aliaſque contentas in Decreto Sacrę Congregationis Epiſcoporum, & Regularium juſſu Clementis Papæ VIII. edito die 9. Januarii 1601. non effugient: Quod quidem Decretum ſupramemoratis dicto loco addemus.

X. Cum verò in aliquibus Regularium Eccleſiis Diœceſis noſtræ Animarum Cura exerceatur, ad tollendum quemcumque abuſum circà hanc materiam, ſi fortè irrepſerit, indicimus Parochis Regularibus, etiam amovibilibus, quòd ſi non reſeder int, vel in reſidendo Gregi ſibi commiſſo non invigilaverint, nec, utì par eſt, ſuo muneri ſatisfecerint, obſervando omnia, & ſingula, quæ à Nobis ſuperiori capite de Parochis ſancita fuerunt, dummodò illis aptari poſſint, Nos, juxtà facultatem Nobis data à Sacro Concilio Tridentino, ejuſdemque Congregatione, & à Summis Pontificibus, contra ipſos Juris ordine ſervato procedemus.

Seſſ. 25. de Regul. c. 2.

XI. Ad Proceſſiones publicas fieri ſolitas, & quas itidèm publica, licèt extraordinaria, cauſa fieri contigerit, conveniant juxtà Concilii Tridentini Decretum, ideòque ad Cathedralem accedant, eamque ingrediantur, tàm in principio, quàm in reditu, juxtà id, quod in Capite de Proceſſionibus præſcriptum, & explicatum eſt.

Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c. 25.

XII. Per Civitatem ſoli non vagentur, ſed bini incedant, quantùm Religioſorum numerus permittit. In Plateis, aut Officinis otioſè non commorentur. A' Sæcularium Domorum frequentia, ſed in primis à ſuſpectarum Mulierum familiaritate omninò abſtineant.

XIII. Si in Conventibus parvis noſtræ Diœceſis Nobis ſubjectis non ſit formalis clauſura, illam in eis imponere intendimus, & ſemper impoſterùm religioſiſſimè obſervari præcipimus ſub canonicis pœnis contra illius Violatores ſtatutis. Et ne allegari poſſit ignorantia, injungimus, quòd propè januam principalem, intùs tamen, fixus ponatur lapis, in quo literis grandiuſculis hæc inciſa ſint: *Clauſura per le Donne ſotto pena di Scommunica*.

Qui in parvis ſupradictis Conventibus degunt, ubi propter exiguum Religioſorum numerum perfectam obſervantiam mi-

ni-

nimè exercere poſſunt, Viſitationi, correctioni, & omnimodæ Juriſdictioni noſtræ ex Apoſtolicis Decretis, etiam in his, quę ad Regularem Diſciplinam ſpectant, ſubiecti ſunt, ideò præcipimus, ut præſcripta in iſdem Decretis, ac in pluribus Sacræ Congregationis ſuper ſtatu Regularium ad illorum interpretationem emanatis, diligentèr obſervent. *Dec. Cong. ſup. ſtat. Regul. approb. ab Inn. X. incipit. Ut in parvis.*

XV. Mandamus inſupèr, ut in iſtis Conventibus re ipſa alantur ſex ſaltèm Religioſi probatæ vitæ, ex quibus quatuor ad minùs ſint Sacerdotes provectę ętatis, nimirùm quadrageſimum annum excedentes. Superiores verò invigilent, ut illi Clauſtralem Diſciplinam, nempè Chori frequentiam, ſilentium, ſtatis horis mentalem Orationem, cœteraque proprii Ordinis ſtatuta, quantùm per Religioſorum paucitatem licet, ſolertèr adimpleant, & ſingulis annis requiſiti libros introitus, & exitus exhibeant, ſuæque adminiſtrationis rationem reddant. *Dec. ſuprà cit.*

XVI. Meminerint deniquè Regulares omnes, quòd ſi propriis careant Conſervatoribus ad præſcriptum Bullæ Gregorii Papę XV., in Cauſis Civilibus coràm Nobis conveniri debent. *De anno 1621. incipit. Sanctiſſimus.*

XVII. Eremitæ habitum nemo abſque licentia noſtra aſſumere, & geſtare præſumat, neque cum eo in Eccleſiis, Oratoriis, & Cellis Diœceſis noſtræ permanere ſub pœna Carceris, aliiſque ad arbitrium noſtrum, quam facultatem, niſi priùs de vita, moribus, & converſatione eorum Nobis conſtiterit, non concedemus. Tunc autem ſuſcepti Inſtituti memores vitam cœlibem, religioſam, & modeſtam traducant. Parochi, in cujus ditione degunt, monitis pareant. Frequentèr Sacramenta participent. Altaria, ſi in Oratoriis, & Eccleſiis prædictis fuerint, decentèr cuſtodiant, ut nihil confractum, nihil ſordidum in eis appareat. In ſuis Cellulis, manſionibusque Mulieres ingredi nullo modo permittant, ſed unicè Viros, non tamen facinoroſos, & perditę vitæ. Sæcularium converſationem, prout Solitarios, Eremique Cultores decet, prorsùs effugiant, multò magis fœminarum. Ludis, Conviviis, præſertim nuptialibus, cœterisque profanis ſpectaculis nullo pacto interſint. Secùs facientes eiicientur ab Eremo. A' manſionibus ipſismet, ut præfertur, aſſignatis ultrà triduum abeſſe caveant, & ſingulis annis rationem ſuę quæſtuationis reddere teneantur.

XVIII. Parochis verò intrà quorum limites præfatos Ere-

mitas morari contigerit, mandamus, ut super eis seriò, sedulòque invigilent, & si quid deprehenderint eorum Conditioni dissonum, præmittant admonitionem paternam, & quatenùs non resipiscant, Nos admoneant.

CAP. XXXII.

De Monialibus, Oblatis, atque Pinzocheris

D. Cyprian. de discipl. & Habit. Virg. c. 2. Cantic. Cant. 1.

I. ILlustrior portio Gregis Christi sunt Sacrę Virgines, quæ Cœlestis Agni incorrupto, castissimoque thalamo consecrantur, quare quò sublimior Gloria, tantò major solicitudo de illis habenda est, ut currentes in odorem unguentorum Christi Jesu, qui pascitur inter Lilia, tanta Cordis puritate diligant illum, eique tanto Charitatis ardore inserviant, ut tandem accipiant in Cœlis Coronam, quam ut Sponsus amantissimus præparavit eis in æternum. In primis ergo emendum est, ut inviolabili Clausuræ lege servata solicitè Ager ille custodiatur, in quo Cœlestis Doctrinæ Thesaurus absconditur, quemque venditis omnibus, quæ possidebant, sibi Sacræ Virgines avidissimè compararunt. Quapropter præcipimus, ne qua Monialis extrà Sacras Ædes, exceptis casibus à Jure permissis, pedem efferre, nec quisquam eas ingredi absque nostra, vel Vicarii nostri licentia in scriptis sacrilego ausu præsumat sub pœna excommunicationis ipso Jure incurrendæ, & Apostolicæ Sedi reservatæ, adjecta insuper Abbatissæ, seu Prioriss æ, quæ talem violationem permiserit depulsione ab Officio, aliisque pœnis ad arbitrium nostrum infligendis. Imò sub iisdem pœnis etiam pueros, vel puellas cujuscumque ætatis intra Clausuram admitti strictissimè prohibemus.

Matb. 13.

Trid. sess. 25 de Regul. & Monial. c. 5.

Bulla B. Pii V. incip. Circa Pastoralis.

Bulla Gregorii XIII. incip. Ubi gratia.

II. Illi verò, quibus prædicta Claustra ingredi permiserimus, caveant ne accepta facultate abutantur. Diurnus sit eorum ingressus (nisi aliàs necessitas suadeat) nempè post Solis ortum, & non post ejus occasum, & semper duabus Monialibus senioribus præcipuè verò Abbatissa, seu Prioriss a associantibus, recto tramite ad locum destinatum pergant, præcedente Campanulæ sonitu, quo aliæ Monia les secedere moneantur. Opere verò expleto, cujus gratia concessus fuit ingressus, eadem via revertan-

C. Unico de Statu Regul. in Co. Trid. sess. 25 c. 5. B. Pius V. Const. 8.

tantur, ſeptaque Monaſterii illicò, & abſque ulla mora egrediantur, nec ullo pacto per Monaſterium, Cellaſque Monialium quacumque de cauſa divagentur, neque intra limites Clauſuræ comedant, vel bibant, ſed, quatenùs opus ſit, extrà illam reficiantur. Qui ſecùs fecerit, aut alio quocumque modo licentiis, quas obtinuere, abuti præſumpſerint, eamdem Excommunicationis pœnam adversùs Clauſuræ Violatores præſcriptam ſtatim incurret.

III. In Monaſterii ſepta non niſi per unam, aut duas ad ſummum januas aditus pateat, quarum una pro faciliori jumentorum exoneratione, alia verò pro aliis Monaſterii uſibus neceſſariis, & rota mediante non practicabilibus deſerviant, iſtæque in loco aperto, non ſolitario ſint, aliàs claudantur, & alio in loco opportuniori aperiantur. Valvis congruentibus ex validis, firmiſque tabulis benè compaginatis abſque ulla rimula muniantur. Prima Janua rariſſimè, & ſolum ex mera neceſſitate ſemperque de die, quemadmodum & altera non niſi poſt ſolis ortum aperiatur, & claudatur illicò poſt illius occaſum. Primæ januæ clavis die noctuque, alterius verò ſaltem in nocte per Superioriſſam cuſtodiatur. *Sac. Cong. Epiſ. & Regul. 20. Jan. 1594. & 15. Julii 1650.*

Exterior Collocutorii janua quæ viam reſpicit, duabus clavibus in nocte obſeretur, quarum una, ſcilicèt interior, per Abbatiſſam, ſeù Prioriſſam, altera verò, exterior ſcilicet, per Monaſterii Miniſtrum, vulgò *Fattore* provectæ ætatis, & expertæ fidei Virum, à Nobis approbandum, cuſtodiantur. *Cong. Epiſ. & Regul. 20. Jan. 1594. & 15. Julii 1650.*

IV. Ad portam verò illam, quam dicunt *dello Scaricatojo* adſit veſtibulum ligneis cancellis à prædicta porta diſtinctum, & diſtans per duos paſſus, intra cujus ſepta Moniales non intrent, nec paritèr intrent Sæculares abſque ſpeciali licentia noſtra ſub pœna violatæ Clauſuræ. *Synod. Diœceſ. 1685. tit. de Monial. §. 3.*

V. Ad Collocutoria Moniales non accedant, niſi vocatæ, & obtenta priùs licentia, atque Benedictione à Superioriſſa, & præſentibus ad normam Decretorum Sanctæ Sedis duabus Auſcultatricibus deſignatis. *Decret. ſupra cit.*

VI. Tempore Adventus, & Quadrageſimæ Cratibus Collocutorii ſuperponantur telæ nigri coloris, ut Moniales dictis temporibus poſſint quidem data neceſſitate, & modo debito extraneos alloqui, ſed minimè videre, nec ab illis videri. Et quia compertum habemus dictis temporibus eludi hoc Decretum, *Synod. Provinc. Flor. cit. Rub. de Monial. c. 3.*

aperiendo ſcilicet Januam ad colloquendum, id omninò prohibemus ſub pœna gravis inobedientiæ.

VII. Feſtis Diebus de præcepto, in quibus Sacra Communione refectæ fuerint Moniales, ſaltem uſque ad meridiem, nec non feriis quarta, quinta, & ſexta majoris Hebdomadæ, inſuper quando in earum Eccleſiis expoſitum eſt Venerabile Sacramentum, ejuſdem Collocutorii Portam exteriorem aperiri vetamus; Interior vero Janua nunquàm ad alloquendos Viros aperiatur, etiamſi fuerint Conſanguinei Monialium.

Synod. Diœ. de anno 1650. tit. de Monial. c. 19.

VIII. In feneſtris Collocutoriorũ duę Crates ferreę fixę ſint, per palmum ad minùs inter ſe diſtantes, ſpiſſis foraminibus ita diſpoſitæ, ut manus per eas immitti nequeat, & intus valvæ lignea adſint munitæ clavibus, ut, ſi opus fuerit, abſque Superioriſſæ licentia aperiri non poſſint.

Sac. Cong. d. 4. Maji 1604. Et 15. Junii 1629.

IX. Rotæ, quæ aditum non habent ad loca publica obmurentur. In eis nullum ſit foramen, per quod revoluta Rota Extranei reſpicere, & videre poſſint quid intra Monaſterii Clauſtra agatur, imò in eis pariter inſit valva lignea cum clavi, ſicut & Cratibus, ut obſerari poſſint.

Sac. Cong. d. 8. Jan. 1649.

X. Propè Januam principalem interiùs appendatur tabella, in qua deſcripti ſint omnes, quibus per Nos facultas conceſſa fuerit ingrediendi Monaſterium, quæ ſtatutis temporibus, prout opus fuerit, renovetur, ſub pœnis in Bulla Gregorii XIII. ſuper hac materia contentis.

XI. Infantes cujuſcumque Sexus, & ætatis, etiam impuberes intra ſepta Monaſterii ſub pœna violatæ Clauſuræ non immittantur, juxtà Decretum Sacræ Congregationis in tertia parte regiſtrandum. Imò Nos in virtute Sanctæ Obedientiæ prohibemus, ne dictos Infantes utriuſque Sexus ſivè brachiis, ſivè genibus ſuſtinendos Moniales accipiant

De die 1. April. 1667 ad Archiep. Floren.

XII. Catelli omnes, ſivè mares, ſivè fœminę à Monaſteriis omninò eiiciantur, illorumque retentionem etiam puellis educandis ſine diſtinctione interdicimus.

Cong. Epiſ. & Reg. 18. Nov. 1634.

XIII Nullus ex Sæcularibus accedere audeat ad Crates, & Collocutoria prędicta ad loquendum cum Monialibus etiam propinquis, exceptis in primo, & ſecundo gradu conſanguineis, ſine noſtra, vel Vicarii noſtri licentia in ſcriptis reportanda ſub pœna decem aureorum, & aliis arbitrio noſtro, attenta qualitate perſonarum, & tranſgreſſionis. XIV.

C. Monaſteria. De vit. & honeſt. Cler.

XIV. Feneſtræ, per quas Moniales inſpicere poſſunt extra Clauſtra, vel claudantur, vel, ſi neceſſariæ ſint ad lumen recipiendum, eis repagula apponantur. Illas, per quas Vicini intra Monaſterium proſpicere poſſunt, cogantur claudere. Et arbores eminentes tàm intrà Clauſtrum, quàm extrà, præſertim ſi Monaſterii parietibus propinquæ fuerint, ſuccidantur. *Arg. c. Unic. de Stat. Regul. in 6.*

XV. Prope Monaſteria ad quinquaginta ſaltem paſſus Tabernæ, & ſuſpectæ mulieres, itemque ſpectacula profana, cantuſque inhoneſti non permittantur; Qua propter rogamus eximiam Magnis Ducis pietatem, ut mandet tranſgreſſores expelli, & reſpectivè gravi pœna mulctari.

XVI. Inſuper, ut omnis noxia cum Externis communicatio prosùs tollatur, diſtrictè præcipimus Monialibus etiam Converſis ne literas ſcribant, mittantque ad quempiam ſine licentia Superioriſſæ, à qua legendæ erunt, tàm quæ à Monialibus extrà mittuntur, quam quæ ad eas de foris veniunt. Quòd ſi aliqua comperta fuerit ſuper hoc deliquiſſe, pro prima & ſecunda vice puniatur à Superioriſſa; Si verò non reſipuerit, ad Nos deferatur. Et ne Deo dicatæ Virgines à rerum Cœleſtium ſtudio retrahantur, Superioriſſæ, & Confeſſarii frequentèr eas adhortentur ad præcavenda, imò ad abhorrenda Sæcularium colloquia, per quæ ut plurimum affectus in Deum, & devotionis ſpiritus diſſipatur. Cujus rei gratia juxta mentem fel. rec. Innoc. PP XI. ut exercitia ſpiritualia ſingulis annis peragant illis enixè commendamus. Quæ omnia ſervanda erunt ſuo modo etiam à puellis in Monaſterio educationis cauſa degentibus. *Congr. Epiſc. & Regul. 8. Novemb. 1604. & 20. April. 1609.*

XVII. Ad Collocutoria Monialium nemo perſonatus accedat ſub pœna decem aureorum, & Carcerationis, aliiſque ad arbitrium. Imò etiam Monialibus, nec non Educandis ſtrictè prohibemus, ne perſonatæ ſe exibeant Sæcularibus, etiam fœminis, quamvis conſanguineis, nec etiam Confeſſariis, vel Laicis tunc fortè ex neceſſitate aliqua in Conventu degentibus, quando ſcilicèt animi gratia fieri ab eis Sacras Repræſentationes indulgebimus, ſub pœna Choralibus tranſgredientibus privationis utriuſque vocis per annum, Seruientibus Carceris ad arbitrium, Superioriſſis verò id permittentibus ſuſpenſionis ab Officio per menſem. Quam prohibitionem extendimus etiam ad Conſervatoria Oblatarum.

XVIII.

XVIII. Sub iisdem pœnis prohibemus fieri in dictis Collocutoriis sivè ad januam, sivè ad Crates commessationes cujusvis generis cum Exteris, quamvis fuerint Monialium Genitores, Fratres, Sororesque Carnales.

Syn. Diœc. ces. Anno 1685. tit. de Monial. §. 5

XIX. Crates, quæ sunt in Ecclesia unicè inserviant ad Missas, & Conciones audiendas, non ad colloquendum, quapropter clavi observentur à Superioriss custodienda.

Syn. Diœc. 1700. tit. de Monial.

XX. Insuper de mandato expresso Sanctissimi D. N. Clementis XI. felicitèr Regnantis sub præcepto formali Obedientiæ, & pœnis ad arbitrium injungimus, ne ad fenestram Confessionalem, & Ostium Sacræ Communionis fiant collocutiones, nisi de spectantibus ad Sacram Confessionem, vel spiritualem Animæ directionem modo clariùs explicando in quarta parte, ubi regulas quasdam pro Monialibus vernacula lingua dabimus.

Litera Circul. de mãdato. Sanctiss.

XXI. Confessarii Monialium, tàm Ordinarii, quàm Extraordinarii, earum Confessiones unicè à consueta Sede in loco Ecclesiæ conspicuo recipiant, & ad fenestrellam Confessionis affixæ sint duæ laminæ ferreæ minutis foraminibus perforatæ, quibus superponatur linea tela, quæ dimoveri non possit, ut indè audiri possint Confitentes, aspici verò non possint. Septa Monasterii non ingrediantur, nisi in casibus puræ necessitatis, nempè ad Sacramenta tantummodò Infirmis ministranda, & tunc superpelliceo, & stola induti, à duobus senioribus Monialibus recta ad Infirmę cubiculum via associentur, neque in aliam monasterii partem divagentur, audiantque Infirmæ Confessionem juxtà Sac. Cong. Decreta in tertia parte registranda. Si secùs fecerint, noverint se pœnam violatæ Clausuræ incurrisse. Atque ita per rigidam Clausuræ custodiam coercita cum Exteris cujuscumque conditionis, & gradus communicatione, faciliùs, & intensiùs animum ad Votorum, & Constitutionum observantiam applicare poterunt.

Sac. Cong. d. 15. Julii 1605.

Et 25. Nov. 1605.

Alex. VII. Const. quæ incip. Sac. Virgines §. 5.

Lit. circul. de die 21. Martii 1682.

XXII. Nulla ad Habitum Religionis recipiatur, nisi decimo quinto ætatis anno completo, cujus voluntas extrà Monasterium solerti, ac sagaci scrutinio exploretur, non solùm antequàm induat Sacrum Habitum, verùm & antequàm acceptetur, & hęc prima exploratio fieri poterit etiam ad Monasterii Crates, ne puella in Monasterio degens ante acceptationem ad Habitum Clausuræ privilegium deperdat.

Trid. sess. 25. de Regul. c. 17.

Cõg. Regul. 20. Martii 1621.

XXIII.

XXIII. Quia verò æquum non est, neque perutile Puellis, postquàm acceptatæ fuerint, posse pro suo libito monasterii septa ingredi, & egredi, præcipimus Abbatissis, & Priorissis in virtute Sanctæ Obedientiæ, ne liberum hujusmodi ingressum, & egressum eis permittant absque speciali nostro permissu, sub pœna Puellis violatæ Clausuræ totiès, quotiès transgrediantur, Abbatissis verò, seù Priorissis suspensionis ab officio ad arbitrium nostrum, sed ipso facto incurrendæ. Insuper modestiam in habitu servent, gestentque illum albi coloris sine auri textura, negligant gemmas, & monilia, & reliqua vanitatis argumenta, sed spretis mundi illecebris soli Cœlesti Sponso suo placere studeant, & hoc paritèr à puellis ibidem educandis respectivè servari mandamus. *Syn. Diœc. an. 1685 tit. cit. §. 11* *Conc. Mediol. Gen. 1. Syn. Diœc. 1690 tit. de Monial.*

XXIV. Antequàm Virgo Sacrum Scapulare recipiat, & Novitia efficiatur, per decem dies continuos Soli Deo in spiritualibus exercitiis vacare volumus, atque præcipimus, & nisi Nobis constet per Testimonium juratum Confessarii, quòd hoc servatum fuerit, Sacræ Vestitionis licentiam minimè impertiemur. Eo autem die, quo Habitu Sancto induenda erit, non se distrahat in invisendis Consanguineis, sed à Sæcularibus negociis per aliquot anteà dies immediatè antecedentes expedita, ne Spiritus relaxetur, summa Devotione, parique Charitate erga Deum se Illi dedicare studeat; Proindèque die præfato neque ad Januam, neque ad Crates Collocutorii ullo pacto comparear, nisi quando Sacri Ministri precedente Cruce comparuerint, ut illam ad Ecclesiam comitentur. *Epist. Circ. S. Cong. Epis. 2. Octobr. 1682.*

XXV. Præcedat nedùm statuto tempore acceptario facienda à Monialibus per secreta suffragia de licentia Episcopi, verùm etiam integra dotis solutio in pecunia numerata juxtà Monasterii consuetudinem, confecto desuper per Cancellarium Curiæ nostræ publico Instrumento. *Sac. Cong. Epi. & Regul apud Nicol. in Flosc. Verbo Dos.*

XXVI. Verùm præfatæ dotis pecunia, quamvis vel in Depositio aliquo publico, vel penès idoneum Depositarium per Episcopum, & Monasterii Operarios approbandum, custodienda foret, attamen justis de causis animum nostrum moventibus, & ad evitanda pericula, incommoda, atque difficultates, quas pro consequendis dictis dotibus, non obstantibus cautelis supradictis, aliqua ex Monasteriis nostris, novissimis tempo- *Trid. d. sess. 25. de Regul. & Monial.*

ri-

ribus passa fuerunt, aliter fieri decernimus. Cum itaque nec in Civitate, neque in Diœcesi reperiatur Mons Pietatis, vel alter similis ad publicam Depositorum custodiam, & aliàs æquum sit, ut non minùs securitati, & cautioni Monasteriorum, quàm indemnitati eorum, qui hujusmodi dotes persolvunt, provideamus, statuimus, quòd usque dum per Decretum Sacræ Congregationis regula meliori procedi possit, imposterùm præfatæ dotes verè, & realiter in numerata pecunia, ut prædiximus, & publico interposito Instrumento solvantur, atque coràm iis, ad quos spectat unico, eodemque actu claudantur in Capsa quadam specialiter ad hoc in unoquoque Monasterio construenda, seris, vectibusque ferreis, & duabus clavibus benè munita, quarum una conservetur semper clausa in Capsa Depositi publici Conventus, altera penès Ordinarium custodiatur, ut pecunia ex una parte cautè, & fideliter conservetur ad indemnitatem Conventuum, & ex alia, ante Professionem Virginis induendæ juxtà Sacras Sanctiones in utilitatem Monasterii non convertatur.

Sac. Cong. prad. Epis. & Regul. 6. Sept. 1604.

XXVII. Ultrà dotem præfatam, volumus, ut juxtà Monasteriorum consuetudinem solvatur quidquid necessarium fuerit pro Novitiæ alimentis in anno probationis, anticipata solutione, alioquin Virgo non induatur.

XXVIII. In anno probationis Novitiæ tonsis capillis usquè ad aures, & victa nigra circa tempora colligatis, ut antiqui moris est, fuitque semper, unico velo albo caput cooperiant, nec quacumque de causa aliter permittatur sub pœna gravis inobedientiæ, & pœnis ad arbitrium tàm Superioriſſis, quàm Novitiarum Magistris.

Trid. d. sess. 25. c. 15.

XXIX. Professio nullatenùs facienda erit, nisi completo sextodecimo ætatis, integroque anno probationis peractæ sub severa disciplina Magistræ Novitiarum in loco à reliquis Monialibus separato, in quo Novitiæ cum timore instruendæ erunt in omnibus, quæ ad Religiosæ vitæ munia spectant. Professionem autem prædictam ultrà quindecim dies ab anno completæ probationis sine legitima causa, nostraque speciali permissione differri prohibemus.

XXX. Abbatissa, seù Prioriſſa per mensem antè Professionem Nos præmoneat, ut opportunè explorari possit Novitiæ vo-

voluntas, qua explorata, & approbata, ſuo tempore, & de licentia noſtra admittatur ad Profeſſionem per ſecreta Monialium ſuffragia de more, & admiſſa, ſtatim per decem dies in Sanctis Exercitiis maneat, ut ad Profeſſionem ſe diſponat. *Idem Conc. ſeſſ. prædict. c. 17.*

XXXI. In quolibet Conventu ſit peculiaris liber, in quo diligenter annotentur Nomina, & Cognomina omnium, quæ Sacrum Habitum in eo receperint, quæ Profeſſionem emiſerint, quæque etiam obierint, notatis ſemper die, menſe, & anno.

XXXII. In Monaſteriis, ubi locus ſpecialitèr deputatus ad cuſtodiam Sęcularium Puellarum non eſt, nullatenùs Educandæ admittantur, circà quas ea omnia ſerventur, quæ in Decretis Sacræ Congregationis, quæquæ in Viſitatione noſtra ſancivimus, & quæ in quarta parte diſtincto ordine deſcribentur. *Cong. Epiſ. & Regul. apud Nicol. Verbo Educanda, & in una Neapol. 17. Decemb. 1648.*

XXXIII. Si ad aures Abbatiſſæ, ſeù Prioriſſæ pervenerit aliquam ex Educandis contraxiſſe Sponſalia, vel ejus nomine inita fuiſſe, illicò Nobis denuncient, & illam è Monaſterio dimittant ſub pœnis ad arbitrium, quo caſu licentiam manendi in Monaſterio intendimus illi minimè ſuffragari.

XXXIV. Ut Tridentini Decretis, ut æquum eſt, pareamus, Monaſteriorum, imò etiam Conſervatoriorum Superioriſſis, ſivè Præfectis jubemus, ut ter in anno, licèt irrequiſitæ à Nobis variis Regiminis noſtri curis diſtentis, etiam repugnantibus Confeſſariis ordinariis, & majori Monialium parte, Nos, vel Vicarium noſtrum Generalem moneant de mittendo Confeſſario extraordinario, coràm quo volumus omnes omninò comparere, non tamen ut confiteantur cogere intendimus. Si quis autem hanc Confeſſarii extraordinarii petitionem, vel etiam acceſſum auſu temerario impedire tentaverit, illicò Excommunicationis pœnam incurrere volumus. Quo autem tempore Extraordinarius ſuo fungetur officio, Ordinarius non compareat. *Trid. ſeſſ. 25. c. 10. Cong. Epiſ. 15. febr. 1593.*

XXXV. Claves Ciborii, in quo Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum aſſervatur à Confeſſario cuſtodiri mandamus. *Syn. Diœc. 1700. tit. de Monial.*

XXXVI. In Feſtivitatibus Sanctorum Titularium, vel proprii Ordinis juxtà morem, atque conſuetudinem cujuſcumque Eccleſiæ celebrandis, Religioſam moderationem ſervari, juxtà præſcripta etiam à Noſtris Anteceſſoribus, jubemus *Syn. Diœc. prædicta.*

XXXVII. Inhærentes Conſtitutioni Clementis Papæ VIII.

fœl record. decernimus, quòd in Ecclesiis Monialium nullus Sacerdos, sivè Sæcularis, sivè Regularis, præter addictos earumdem Ecclesiarum servitio, ad celebrandum Missæ Sacrificium admittatur sine nostra, vel Vicarii nostri licentia, sub pœna Interdicti Ecclesiæ si Regulares, sub pœna verò arbitraria si Sæculares præsenti Decreto contrafecerint. Hanc autem prohibitionem valere non intendimus in Festis Sanctorum Titularium Ecclesiarum prædictarum, nec non proprii Monialium Ordinis, nec insuper in earumdem funeribus.

Cong. Epis. & reg. apud Nicol. verb. Confraternitates n. 5.

XXXVIII. Nullæ unquam Confraternitates Laicorum, vel etiam Clericorum, & Sacerdotum Centuriæ, vulgò *Congregbe*, in Ecclesiis Monialium erigantur, ad tollenda, & impedienda plurima, quæ indè incommoda, & damna Monialibus oriri possent. Nequè perpetuæ Capellaniæ in eis, pari ratione, sine licentia nostra erigantur.

Sac. Cong. Epis. & Regul. 17 Sept. 1588. & 4. Octo. 1594.

XXXIX. Paupertatis votum, quam professæ sunt, saltem juxtà Monasteriorum consuetudinem observent, pecuniæ omnes Monialium in Capsa publica, vulgò *Depositæ*, custodiantur, quæ quidem tribus diversis clavibus observetur, quarum unam Superioriſſa, alteram Cameraria, tertiam verò Depositaria custodiat, & nulli liceat easdem pecunias proprio arbitratu expendere, sed semper de licentia Superioriſſæ, vel Nostra, & summam duorum circitèr Juliorum penès se habere tantummodo poterunt.

XXXX. Si in uno, eodemque Conventu plures Sorores Carnales degant, pecuniæ unius cum pecuniis alterius in supradicta Capsa minimè confundantur, sed unaqæque seorsim Depositum habeat, ne confusiones, præcipuè mortis tempore suboriantur, & si quæ contrafecerint, volumus privari pecuniis, quæ Conventui incorporentur.

XXXXI. Abbatiſſa, seù Prioriſſa Cellas, & Supellectilia Monialium interdum, scilicet quater saltem in anno ex improviso visitet, & recognoscat, & hoc exequatur, quando eædem Moniales erunt vel in Choro, vel in Refectorio, adhibitis tamen duabus ex Senioribus pro suo libito, vel majori Zelo erga Disciplinam Regularem flagrantibus, & si quid invenerit Religiosæ Paupertati, & Regulari Observantiæ dissonum, auferat, & in utilitatem Ecclesiæ, vel Monasterii convertat.

XXXXII.

XXXXII. Munera ab Exteris, unicè exceptis veris Conſanguineis, Moniales recipere, nec ipſæ illis mittere audeant. Quæ verò præfatis Conſanguineis donare voluerint non ſint magni valoris, & ſemper de licentia Superioriſſæ, vel Noſtra. *Synod. Diœ. ſup. cit.*

XXXXIII. Cellæ per obitum vacantes, attenta Monialium antianitate, quæ accipienda eſt à die emiſſę Profeſſionis, diſtribuantur, & ità ſemper futuris temporibus ſervetur. *Sup. cit. Synod.*

XXXXIV. Utenſilia Defunctarum neque ad Conſanguineas Religioſas, neque pariter ad Cohabitantes in Defunctarum Cellis, ſed ad Conventum ſpectare volumus, & declaramus, cujus tamen ſit expenſas pro funere, pro Suffragiis Miſſarum, & etiam, ſi opus fuerit, pro receptis medicinalibus facere.

XXXXV. Supraſcripta Decreta à numero XL. uſque ad XLV. habere locum, & valere volumus tantummodò quoad Monaſteria, in quibus modò non extat perfectæ vitæ communis obſervantia, etenim ubi hæc Dei ſpeciali auxilio viget, vel in aliis, in quibus fortè, ipſomet Deo opitulante, vigebit, Regulas perfectæ Diſciplinæ Regularis obſervari intendimus, atque præcipimus. *Trid. ſeſſ. 25 d. c. 1.*

XXXXVI. Magiſtræ Novitiarum, & Educandarum non eligantur juxtà turnum, & ut dicunt *per anzianità*, ſed juxtà idoneitatem, & ſemper Nobis conſultis, & approbantibus, idemque præcipimus quoad Camerarias, quæ cum frequentes Sæculares alloqui debeant, pro ſui muneris ratione, quadrageſimum ætatis annum ſemper excedant, & ſi ſecùs fiat, electiones irritas, & nullas eſſe volumus, & declaramus.

XXXXVII. Inhærentes Decretis fœl. record. Clementis Papæ VIII. procurandum omninò erit, ut in omnibus Conventibus deputetur, vel, ſi opus fuerit, attentis redditibus Monaſterii, conſtruatur locus peculiaris pro Infirmis, præcipuè ubi Moniales, non in ſeparatis Cellulis, ſed communitèr in Dormitorio cubant. *Cong. Epiſ. & Regul. de anno 1645. apud Nicol. Verbo Comput. Syn. Prov. Flo. cit. Rubr. de Monial. c. 14.*

XXXXVIII. Ut ſtatus cujuſque Monaſterii, & Conſervatorii etiam Nobis innoteſcat, & Monialium indigentiis opportunè providere valeamus, præcipimus Superioriſſis, & Camerariis, ut quolibet anno rationem Nobis reddant anteactæ ſuæ adminiſtrationis quacumque conſuetudine in contrarium non obſtante ſub pœnis ad arbitrium.

XXXXIX. Deniquè, quia experientia edocti ſumus in aliquibus Monaſteriis, Monialium, & Oblatarum numerum ità creviſſe, ut infœlicitèr, & magna cum animi perturbatione in eis degant, maximè verò Superioriſſæ, & Camerariæ, quæ vix ſpiritualibus exercitiis vacare poſſunt, cum propter exiguos Monaſterii, ſeù Conſervatorii redditus ſæpè ſæpiùs Monialibus neceſſaria pro alimentis ſubminiſtrare non poſſint, præcipuè, dum major neceſſitas, (infirmitatis ſcilicet,) urget, ideò ut tam gravi incommodo, ut æquum eſt, provideamus, unicuique Monaſterio certum numerum Monialium, tùm Velatarum, tùm Servientium, & Oblatarum in Conservatoriis, ſtatuere decrevimus, quæ ex redditibus ſuſtentari commodè (more tamen Regulari) poſſint, & valeant, ut ex ſequenti notula patebit.

Ex Decreto Greg. XIII cit. in Syn. Prov. Flor. de an. 1573 Rub. de Monial. c. 10. Itẽ Conſt. B. Pii V. Et Cõc. Trid

In Civitate Sancti Miniatis

Monaſterio Sanctiſſimæ Annunciatæ Ordinis Prædicatorum, Velatarum 50. Servientium verò 12.

Monaſterio Sanctæ Claræ Ordinis Minorum, Velatarum 38. Servientium 10.

Monaſterio Sancti Pauli Ordinis paritèr Minorum, Velatarum 33. Servientium 9.

Monaſterio Sanctiſſimæ Trinitatis Ordinis Sancti Auguſtini, Velatarum 30. Serventium 7.

In Diœceſi.

Monaſterio Sancti Andreæ de Fococchio Ordinis Minorum, Velatarum 48. Servientium 12.

Monaſterio Sanctæ Chriſtianæ Terræ Sanctæ Crucis Ordinis Sancti Auguſtini, Velatarum 55. Servientium 12.

Monaſterio SS. Apoſtolorum Philippi, & Jacobi ejuſdem Ordinis de Caſtro Franco, Velatarum 42. Servientium 8.

Monaſterio Sanctæ Marthæ Montis Toparii præfati Ordinis, Velatarum 16. Servientium 5.

L. Congregationes Oblatarum, vulgo *Conſervatorii*, noſtræ Diœceſis à Prædeceſſoribus noſtris approbatas, Nos pariter appro-

probamus, & Conſtitutiones, quas hucuſque ſervaverunt, nec non Decreta Viſitationis noſtræ, & hæc Synodalia in eis ſervari mandamus, volumuſque, ut Exteros, etiam Conſanguineos, ſine noſtra licentia inſcriptis eis, qui in illis degunt, alloqui non liceat ſub pœnis ſuprà præſcriptis pro Monialibus; Numerum autem Puellarum, quæ in eis convivere poterunt, infraſcripta notula indicabit.

In Conſervatorio Sancti Matthęi de Caſtro Franco Ordinis Sancti Auguſtini, Oblatæ 16. Servigiales 4.

In Conſervatorio Sanctæ Claræ de dicto Loco Ordinis Sancti Franciſci, Oblatæ 20. Servigiales 4.

In Conſervatorio Sancti Romualdi de Focecchio Ordinis Camaldulenſium, Oblatæ 16. Servigiales 4.

LI. Sanctimonialibus, & Oblatis in communi, atque inſimul conviventibus aliquo modo attinent Tertiariæ in propria Domo degentes *Pinzochere* nuncupatæ, quæ etiam ſuo modo multiplicem Catholicæ Eccleſiæ Spiritum, & Sanctitatem oſtendunt, ideòque de illis etiam cura à Nobis habenda eſt.

LII. Si igitur aliquando nonnullæ earum fuerint, vel in Civitate, vel in Diœceſi, de licentia tamen noſtra, nunc pro tunc monemus illas, ut à Virorum familiaritate diligentiſſimè abſtineant, ut Regulares etiam ſui Ordinis in Domicilia ſua, præterquàm gravis infirmitatis cauſa ad Sacram Confeſſionem, modo tamen capite de Pœnitentia præſcripto, haud introducant; Ut Orationi incumbant, Sacramenta frequentent, in Via Domini progredi ſtudeant, & deniquè modeſtia, bonorumque operum odore omnibus exemplo eſſe ſatagant.

LIII. Si plures fuerint, binæ ut poterunt, maximè diebus feſtis, dum Eccleſias adeunt, incedant, & ſemper demiſſis ad terram oculis. Demùm proprio Parocho ſubjectionem habeant in omnibus, quæ ad earum ſalutem æternam ſpectant, & proindè ei parere non ommittant.

CAP.

CAP. XXXIII.

De Seminario.

I. CUm experientia quotidiè comprobetur Divinum illud Spiritus Sancti eloquium, videlicet: *Adoleſcens juxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea*: Sanctiſſimè à Patribus Concilii Tridentini injunctum eſt Epiſcopis, ut pro Seminariis ad rectam Clericorum inſtitutionem erigendis ſedula cura laborent. Etenim ejuſdem Superni Numinis repleti lumine clariſſimè cognoverunt hoc uno fore ut depravati populorum mores componantur, ſi videlicet collapſa Cleri diſciplina reſtauretur. Verùm hoc Sancta Mater Eccleſia vix ſperare poterit, niſi juniores Clerici à teneris annis ſeorsìm ab aliis ſalubri Inſtitutorum magiſterio in Seminario ceu plantæ novellæ benigniori cultura educẽtur, ut inde ad laborioſa Miniſteria in Vineam Domini tranſplantentur.

Prover. 22. 6.

Seſſ. 23. de Reform. 18.

Quarè nunquàm ſatis extollentur laudibus duo præ cæteris hunoſtræ Eccleſiæ vigilantiſſimi Præſules, videlicet fœl. mem. Angelus Pichius, olim Archiepiſcopus Amalphitanus, & Michael Carolus Cortigiani adhuc ad ampliora merita ſuperſtes, & Emeritiſſimus Piſtorien., atque Praten. Eccleſiarum Antiſtes, quorum prior hujus ſaluberrimæ Inſtitutionis ſemina ſparſit, alter vigilantiſſima cura rigavit, coluit, fecitque creſcere in meſſem admodùm copioſam. Nos igitur, qui præſtantiſſimorum Antiſtitum memoratorum gloriamur veſtigia premere, pro diuturna conſervatione, fœlicique ejuſdem Seminarii incremento vigilare non omittimus, nec, Deo dante, omittemus, & interìm hujus rei gratia quæ ſequuntur decernimus obſervanda.

II. Quamvis Epiſcopis liberum ſit (ſicut & Nobis eſſe volumus) Clericos, quos voluerint in Seminarium recipiendos eligere, rem tamen Eccleſiæ Noſtræ perutilem fore putamus ſi deinceps infraſcriptus ordo ſervetur. Quando in Seminarium Clerici Seminariſtæ erunt introducendi, vel omnes ſimul, vel diſcriminatim, dum ſcilicet locus aliquis eorum vacare contigerit, literæ ad Valvas Eccleſiæ Cathedralis affigantur, in quibus de introductione facienda, & de die ad examen deſtinata quotquot

de

de Urbe concurrere voluerint, admoneantur, ut ex omnibus, qui se præsentaverint, possint eligi meliores, quique in experimento faciendo melioris profectus specimen dederint, *Tr. ubi sup.*

III. Interim verò notum sit omnibus, quòd nemo in Seminarium recipietur anno duodecimo minor, & decimo quinto major, nisi ex aliqua rationabili causa super hoc dispensandum esse congruum existimetur à Nobis, & ab ejusdem Seminarii Conservatoribus. *Sa. Cõc. ubi sup.*

IV. Examen autem faciendum erit juxta ea, quæ à Sacro Concilio Tridentino, & Constitutionibus Seminarii in quarta parte Synodi apponendis prærequiruntur. *Tr. ubi sup.*

V Itaque non admittentur qui præ cæteris priùs non præstiterint idoneam fidejussionem solvendi, seu veriùs restituendi Seminario pro perceptis alimoniis ad rationem annuorum quadraginta quatuor aureorum, si quovis tempore etiam post exitum à Seminario ad statum laicalem transierint, vel pro Sacerdotio suo tempore consequendo satis ex malitia, vel negligentia non profeciisse compertum fuerit, & quinquaginta aureorum, si ad id cogantur expulsi à Seminario, vel ab Ordine Clericali.

VI. Usquedum Seminarii vires, & redditus ad sufficientiam augeantur, volumus ad infrascripta teneri.

Deferant lectum, & alia pro cubiculo necessaria utensilia ad normam Convictorum.

Singulis annis pro aliqua alimentorum portione scuta duodecim solvant, si tamen hujusmodi onus ferre posse judicaverimus, sin minus satis erit, si superiorem vestem violaceam, de qua infra dicemus, sibi de proprio comparaverint.

VII. Itaque eorum habitus deinceps erit hujusmodi. Interiorem vestem nigram, & talarem induent, superiorem verò quam supranam vocant, violaceam, quam cum manicis in longum pendentibus, & sine manicis brevioribus, atque in anteriori parte penitùs apertam loco pallii extra Seminarium tantùm deferent ad differentiam Convictorum, quos semper, & ubiquè extra Seminarium incedere volumus integro habitu nigro, nempe tunica talari, & pallio consimili amictos.

VIII. Decernimus, ut per lustrum integrum in Seminario commorentur, nisi fortè ingenii alacritate, atque sedula cura

brevi

brevi ſtudio expleverint tempora multa.

IX. Qui verò Convictorum numero adſcribi cupiunt, ſaltem per duos menſes antea ſupplicem libellum exhibeant, ut de eo-
Tr. ubi ſup. rum vita, & moribus legitimæ informationes haberi poſſint, ſuper quibus & ipſi Teſtimonium Parochi ſubſcriptione, & juramento firmatum ſuo tempore deferant.

X. Prætereà examinentur & ipſi, nedùm quòad literas, & ad ſublimiorum ſtudiorum idoneitatem, ſed etiam, & in primis, quò ad vocationis ſuæ ſpiritum, & quatenùs approbentur, recipiantur cum conditione quòd Seminarii leges exactiſſimè obſervent.

XI. Nullus Clericus, ſive prænobilis, ſive vulgaris conditionis exiſtat, ad Sacerdotii gradum ſe non promovendum certò ſciat, quin in Seminario Eccleſiaſticæ Profeſſionis tyrocinium fecerit. Quòd ſi Beneficii titulo ſit promovendus noſtro arbitrio relinquimus decernendum quanto tempore ibidem commorari debeat, conſideratis ejuſdem literatura, morum probitate, & Beneficii, quo gaudet, exigentia.

XII. Si autem titulo Patrimonii fuerit initiandus, ſtatuimus debere ad minùs per triennium integrum ibi permanere, niſi alitèr aliqua rationabilis, & juſta cauſa ſuadeat, quarum hæc præcipua erit, ſcilicèt, quòd jam humanis literis cujuſcumque Claſſis ſit ſufficientèr inſtructus, quòd Logicam ſaltem, & Theologiam moralem ad ſufficientiam didicerit, quòd Sacros Ritus, Cantum Gregorianum, & Vitæ Spiritualis rudimenta non ignoret, de quibus omnibus rigoroſum periculum, & experimentum publicum modo, quo Nobis placuerit, ab eo faciendum eſſe decernimus.

XIII. Cum Seminarii redditus uſquèmodo exigui ſint, ut ex duodecim Seminariſtis, pro quibus à memorato fœl. record.
Synod. Diœceſ. de anno 1650. Angelo Pichio erectum fuit, vix quatuor ſuſtentari, & erudiri poſſint, cumque idemmet laudatus Antiſtes primus ejuſdem Seminarii Fundator, & Inſtitutor reliquerit Succeſſoribus Jus taxandi Beneficia, quæ per ipſum minimè taxata fuerunt, & Nobis conſtet plurima in noſtra Diœceſi, tam ſimplicia, quam non ſimplicia hujus generis eſſe, ideò ad providendum ejuſdem Seminarii neceſſitatibus diſtrictè præcipimus omnibus, & ſingulis dictorum Beneficiorum uſquemodò nõ taxatorum Rectoribus, ut

in-

infra duos menſes à Synodi publicatione doceant Nos de eorum exemptione, ut quod æquum fuerit decernatur de voto aliorum, ad quos ſpectat, impoſterùm obſervandum. Vbi verò intra id temporis non paruerint, ea omnia Beneficia taxabimus ad normam Decretorum memorati Antiſtitis Seminarii Fundatoris, & Juris remediis adhibitis eorum Rectores ad ſolvendum ſuo tempore compellemus.

XIV. Meminerint deniquè omnes, & ſinguli Beneficiati olim per Epiſcopum præmemoratum Angelum Pichium emanaſſe Decretum (quod & Nos confirmamus) quo quis tenetur ſolvere portionem ſuam per totam diem decimam quintam Septembris ſub pœna dupli. Quare ſi hoc non obſtante per totum menſem ſubſequentis Octobris non ſolverint, etiam per Cenſuras compellemus, ut ſolvant; Etenim ſine convenientibus ſubſidiis Seminariſtæ minimè ſuſtentari poſſunt, nec propter debitorum incuriam, vel iniquitatem à Seminario ſunt extrahendi. *In Synodo Diæc. ſupr.*

CAP XXXIV.

De Congregationibus pro Casibus Conscientiæ discutiendis.

I. EX quò ad hanc nostram Ecclesiam Sponsam dilectissimam accessimus, nihil ardentiùs optavimus, quam illam in suis, nostrisque filiis ornare pretiosa, ac pulcherrima illa margharita, quæ oculos Dei tantoperè allicit, & inflammat, sacra scilicet sapientia. Cum verò hæc triplici potissimùm capite contineatur, nempe Divina Scriptura, Historia Ecclesiastica, atque Morali Theologia (illa enim sublimis Doctrina, scilicet Theologia Scolastica jam paucos extra Religionum Claustra habet idoneos Doctores, & Sectatores) decernimus pro modulo nostro tripartitum hoc studium, quamvis librorum penuria, & plures aliæ causæ obsistant, summoperè promovere.

II. Præcipimus ergo, ut qualibet quinta feria singulorum mensium novissima, aliquo tamen festo de præcepto non impedita, sin minùs die immediatè sequenti, vel antecedenti, si opus fuerit, in Aula Episcopalis Palatii fiat discussio, & resolutio Casuum, juxtà notulam in Ordinario Officii singulis annis apponendam, hac servata methodo, ut scilicet alter ex Parochis, vel Sacerdotibus, vel etiam Clericis in majoribus constitutis propositam Quæstionem explicent, & resolvant, alii verò duo, vel in oppositum argumententur, vel saltem aliquod aliud dubium practicum morale, vel etiam super Rubricis sacris pro libito proponant, breviter ibi resolvendum, qui omnes arbitrio nostro per mensem antea erunt eligendi, & publicandi in antecedenti Congregatione.

Ex antiquioribus Declarationibus Sac. Cong. Conc.

III. Congressibus hujusmodi interesse præcipimus omnes, & singulos Parochos Civicos, & Suburbanos, omnes insuper Sæculares Sacerdotes, etiam non Confessarios, & Clericos quoscumque Civitatis, suique Districtus. Quòd si absque legitima causa à Nobis approbanda abfuerint, pœna unius Julii Seminario applicandi singulis vicibus mulctabuntur.

Ex dd. Declarat.

IV. Possemus etiam complecti DD. Cathedralis Ecclesiæ Canonicos, & Confessarios Regulares, ut notum est, sed malumus

Viros discretos, & pios hortari, quàm cogere, non dubitantes quin sint diligentia sua aliis exemplo futuri.

V Feria verò quinta, quæ erit proximior cujuslibet mensis dimidio, vel ea impedita, die immediatè sequenti non festivo in Aula Seminarii erit explicatio, & conferentia super Textum aliquem Divinæ Scripturæ, vel Caput aliquod Ecclesiasticæ Historiæ, seù Conciliorum ad arbitrium Lectoris, quem ad utilitatem, & profectum Seminaristarum, & Convictorum cœteris Magistris addere curabimus: Hęc autem omnia præstabunt Seminaristæ, atque Convictores, & Extranei etiam, si voluerint, sub assistentia tamen Lectoris præmemorati.

VI. Huic verò Congregationi interesse non cogimus Parochos, sed tantummodò Sacerdotes juniores, trigesimum scilicet annum non excedentes, & Clericos omnes sub pœna ad arbitrium. Reliquos hortamur ut ad exemplum Juniorum, prout poterunt, convenire non dedignentur.

VII. In Terris autem, & Oppidis Diœcesis, in quibus degunt plures Sacerdotes, & Clerici, bis pariter quolibet mense convenire volumus, & mandamus, primò quidem ad discussionem Casuum Conscientiæ, prout in Ordinario, quæ facienda erit tempore, & methodo suprà præscriptis pro Congregationibus Civitatis, cui quidem omnes de Clero interesse præcipimus sub pœna superiùs præscripta, eique præsidere debent DD. Plebani, seu alii quocumque nomine nuncupati Cleri Superiores in præfatis Terris, & Oppidis. Resolutio autem Casus semper erit describenda in libro ad hoc specialiter confecto, cui omnes, qui interierunt pariter subscribant, vel pro affirmativa, vel pro negativa sententia, prout quilibet magis cohærere veritati censebit.

VIII. Si quis verò absque legitima causa approbanda, ut prædiximus, à DD. Plebanis, aliisque Superioribus, abfuerint, pœna, & quidem gravi ad arbitrium nostrum mulctabitur.

IX. Si verò Plebani, vel quivis indulgentiores fuerint, quàm par est, in admittendis absentiæ excusationibus, non erunt ad exemplum cœterorum impunes; Præterquamquòd volumus, & intendimus Conscientiam eorum oneratam esse coràm Deo, ut de omnibus subsequentibus malis, quæ ex ignorantia sui Cleri imposterum forsan orientur, rationem strictissimam Summo Judici reddant.

X. Liber autem, in quo prædictorum Casuum Resolutiones annotabuntur, quolibet anno in principio mensis Januarii ad Nos mittendus erit cum cæteris ad Parochiæ regimem spectantibus, ut per deputatos Magistros, & Revisores recognoscantur præfatæ Resolutiones, & si opus fuerit, corrigantur. Correctiones autem, si quæ fuerint, ad notitiam omnium demandentur in prima Congregatione.

XI. Altera verò feria quinta circa cujuslibet mensis medietatem congregandi erunt omnes Clerici in loco per Superiorem deputando, & per Magistrum Cæremoniarum eligendum ad præscriptum in Capite *de Capitulo & Canonicis*, mandamus fieri Lectionem super Missalis, & Breviarii Romani ritibus, ut sensim eos addiscant. A' qua quidem Congregatione si aliquis Clericorum absque legitima causa per dictum Cæremoniarum Magistrum approbanda, abfuerit, pœna superiùs præscripta unius Julii inter reliquos Clericos, qui interfuerint distribuendi, mulctari volumus, quam pœnam neque præfatum Magistrum, neque Clericos ipsos remittere posse sancimus. Quòd si compertum Nobis fuerit has perutiles Leges contemni, ad graviores pœnas, prout in Domino expedire putabimus, procedemus.

XII. Porrò Plebanos, & reliquos Ecclesiarum Superiores hortamur, & enixè obsecramus, ut dictis Congressibus Clericorum dignentur assistere, vel saltem id demandent alicui probo Sacerdoti, qui vices suas gerat, ut cum timore, & modestia iidem Clerici, ut par est, hujusmodi peragant exercitium. Nec absre erit, si reliqui Sacerdotes ad exemplum, & forsan ad profectum proprium intersint.

XIII. In Villis autem majoribus, ubi plures Clerici aliquando reperiuntur, nec Magister Cæremoniarum adest, omnia, quæ per ipsum juxtà superiùs præscripta præstanda forent, peragat ipse Parochus, vel per se ipsum, vel per alium idoneum Sacerdotem, si adsit, à se deputandum, & servetur methodus supra præscripta.

XIV. In Ruralibus Plebeiis Congregatio ad Casus discutiendos habeatur saltem ultima feria quinta mensis, loco, & tempore per D. Plebanum statuendis, cui omnes Parochos, & Sacerdotes subjectos interesse jubemus, adeò quòd verus, & proprius Congressus dici possit, non autem ad manus modò unius, modò alte-

terius Parochorum detur liber, in quo resolutio Casus privatim describatur, & cœteri deinde seorsim subscribant; Si aliter Plebanus fieri permiserit, idque Nobis innotuerit, severè etiam per Censuras punietur. Non interessentes absque legitima causa, ut supra à Plebanis approbanda, præfatam Julii mulctam pro qualibet vice subibunt, super quo oneramus Conscientiam nedum Parochorum, aliorumque Sacerdotum, sed etiam, & in primis ipsorum Plebanorum, contra quos gravius agemus, si indulgentiores reperiantur. Volumus tamen, ut singulæ Casuum resolutiones etiam ab ipsis post Congressum in libro ut suprà conscribantur, & subscribantur, nec non transmittantur ad Nos tempore supra præscripto, sub pœna ad arbitrium.

XV. Quia verò, dum Festa Sanctorum Titularium in Parochialibus celebrantur, convenire solent omnes de Plebanatu Parochi, & Sacerdotes ad Divina peragenda, & deindè ut plurimùm ad Convivium, idemque evenit occasione Congregationum *Congreghe* nuncupatarum, ideò iniungimus, ut in singulis dictarum Commessationibus duo Casus Conscientiæ discutiantur, quos per mensem ante, vel Parochus, vel Rector, quicumque sit, Ecclesiæ, in qua Festum celebrabitur, vel Centurio Congregationum, dummodo hę sint vel solummodo, vel majori ex parte Sacerdotum, intimare teneantur, & insuper seligere illum, cujus sit, post quam omnes alii, incipiendo semper à Junioribus propriam opinionem expresserint, Casus juxtà veriorem sententiam resolvere.

XVI. Ut autem commoditati Parochorum, & Sacerdotum, quantùm possumus, consulamus, volumus, & intendimus, quòd ex dictis Casibus, prędictarum Commessationum occasione, discutiendis, alter assignari possit ex illis, qui juxtà notulam in Ordinario positam pro illo mense esset examinandus, adeò quòd Congressus ille stet loco menstrualis Congregationis faciendæ, dummodò resolutio illius Casus describatur deindè in libro sæpiùs à Nobis supra memorato, & in anni termino transmittendo, & cœtera jam præscripta fidelitèr observentur.

CAP.

CAP. XXXV.

De Collatione Beneficiorum.

I. NEc verbis explicare, nec mente assequi possumus quanta Animorum pernicies resultet ex prava, & iniqua Beneficiorum Ecclesiasticorum collatione. Etenim si tanta Fidelium clades suboritur ex negligenti custodia Mercenarii, quantam credimus futuram, si ad eamdem Gregis Custodiam, & Curam, non Pastor, non Mercenarius, sed Lupus fuerit electus, & deputatus?

II Ad præcavendum ergo, ne superveniat Gregi nostro ærumna tàm deplorabilis, per Jesu Christi pretiosum Sanguinem enixè petimus ab omnibus Patronis, aliisque Jus habentibus præsentandi, nominandi, vel eligendi ad Ecclesiastica Beneficia, ut omni humana affectione postposita, nullaque habita ratione Carnis, & Sanguinis, sed meriti dumtaxat, idoneos solùm Nobis instituendos offerant, ne juxtà Tridentini Concilii præscriptum eos reiicere, atque repellere cogamur.

III. Statim ac Ecclesia Parochialis vacaverit, non solùm Plebanus, sed etiam vicinior Parochus teneatur sub pœna ad arbitrium intra sex dies Nobis denunciare. Et ad id etiam teneatur Parochus vacante Beneficio simplici in sua Parœcia, cujus libera collatio ad Nos spectet, cum sibi innotuerit.

IV. Quicumque ausus fuerit petere Beneficium nondùm vacans, non solùm ad illud obtinendum inhabilis reputabitur, sed alias insuper pœnas arbitrarias incurret.

Trid. Sess. 24. de Reform. c. 18.

V. Cum Ecclesiarum, præcipuè verò Parochialium administratio unicè dignis committenda sit, idest, qui scientia, morum candore, & vitæ sanctimonia cœteris præstant, ideò Parochiali Ecclesia vacante, quæ per Concursum concedenda sit, prævia Edicti nostri affixione, omnes, & singuli, qui se deligi cupiunt, examini statuto die compareant, ut coràm Nobis ab Examinatoribus Synodalibus periculo de illis facto, Digniori, magisque idoneo cœteris, ultra scientiam, consideratis requisitis, vacantis Ecclesiæ Beneficium simul, & Cura conferatur.

VI.

VI. Antequàm autem examen incipiat, volumus, & jubemus per Cancellarium coràm Examinatoribus recitari de verbo ad verbum Caput XVIII. de *Reform. Seſſ.* 24. *Conc. Trident.*, ut recordentur ſe juramento promiſiſſe fidelitèr munus ſuum obire, à cujus juramenti præſcripto ſi receſſerint, periurii crimen incurrent, & aliquando etiam reſtitutioni obnoxii erunt. *Ex Tr. in d. ſeſſ. & cap.*

VII. Concurrere volentes teneri volumus ad exhibendum Scriptum proprii Plebani cum juramento teſtantis ipſos Congregationibus pro diſcutiendis Caſibus præſcriptis diligenter interfuiſſe, ut non per ſolum examen, ſed etiam per præfatum ſtudium de ipſorum ſcientia notitiam habeamus, quæ vix per aliquot dubiorum extemporaneam ſolutionem dignoſci poteſt.

VIII. Cancellarius autem noſter ante examen, nedum de omnibus, ſinguliſque Concurrentibus, ſed etiam de peculiaribus eorumdé requiſitis, & inſuper, num contra quempiam ex eis in noſtra Cancellaria criminali aliquid extet fidelitèr Nos præmoneat.

IX. Si Vacanti Eccleſiæ deputetur à Nobis OEconomus, qui nec Parochus ſit, nec Parochi vices unquam exercuerit, etiamſi approbatus ad ſacras Confeſſiones, volumus, ut per publicum examen coram Cæremoniarum Magiſtris, aliiſque Examinatoribus dignoſcatur ejuſdem idoneitas, atque ſufficentia ad munia Parochi ritè exercenda,, & hoc multò magis ſervari volumus antequam ſimplex Sacerdos Eccleſiæ Curatæ utì Parochus electus præficiatur. *Trid. ſeſſ. VII. de Reform. c. 13.*

X. Inſuper volumus, atque præcipimus unumquemque Electum quovis modo ad Curam Animarum illicò teneri ad vacandum Deo, atque Animæ ſuæ per decem integros dies in Sanctis Exercitiis, atque meditationibus ſub cura idonei Directoris, ut ita ſemetipſum diſponat ad probè ferendum onus humeris etiam Angelicis formidandum. Quare niſi conſtiterit Curiæ noſtræ per fidem, & quidem juratam præfati Directoris, ipſum ſuper hoc exactiſſimè paruiſſe, prohibemus expediri literas pro adeunda obtenti Beneficii poſſeſſione.

XI. Si Beneficium cum Cura, vel ſine illa conferendum erit ad præſentationem Patronorum factam intra legitima tempora, Præſentati, ſivè ab Eccleſiaſticis, ſivè à Laicis Patronis probare teneantur Jura Patronorum præſentantium per Scripturas authenticas plenam continentes fidem, quibus clarè conſtet tale Jus *Synod. Diœces. de anno 1650. tit. de Coll. at. Benef. c. 4.*

ab

ab eis obtentum fuiſſe fundatione, dotatione, vel multiplicatis præſentationibus, ſervata tamen forma Concilii Tridentini, aliàs libera eorum Collatio erit

XII. Ne verò ob diutinam vacationem Eccleſiæ aliquid patiantur detrimenti, Præſentati ad hujuſmodi Beneficia Juris Patronatus, curent infra menſem inſtitutionem, Bullaſque inſtitutionis expediri, aliàs cadent à Jure ſuo, & Patroni alium præter ipſum ſic negligentem præſentabunt, infra tamen illis præfixa legitima tempora.. *Exd. Synod. c. 5.*

XIII. Verùm (quod apprimè curandum eſt) ne in Beneficiorum Collatione quævis Simoniæ labes concurrat, imò ne etiam minima avaritiæ ſuſpicio detur, diſtrictè præcipimus, quòd in proviſionibus Beneficiorum, Patroni, vel alii habentes Jus eligendi, præſentandi, & nominandi, nec directè, nec indirectè, neque per ſe, neque per alios, aliquid ab eo qui de Beneficio providetur, vel à fautoribus, & mediatoribus illius ex hujuſmodi cauſa quidquàm etsi minimum accipiant etiam ſpontè oblatum. Quòd ſi ſecùs fecerint, præter pœnas contentas in Bullis Pii IV. quæ incipit: *Romanum &c.* & Beati Pii V., quæ incipit: *Intolerabilis &c.*, & in alia Ejuſdem quæ incipit: *Cum primum &c.* Noverint etiam ſe privatos facultate, & Jure eligendi, præſentandi, nominandi, providendi &c. Ipſos autem ſic proviſos nullum ſuper eo Jus acquirere, nec fructus ſuos poſſe facere. *Bulla Pii. IV. Bulla aliaB. Pii. V.*

XIV. Et ne in tanti momenti re alicui ignorantia ſuffragetur, volumus, atque jubemus in Virtute Sanctæ Obedientiæ, aliſque pœnis ad arbitrium, ut quouſquè Eccleſia Parochialis vacaverit, œconomus omnibus Dominicis diebus inter miſſarum Solemnia, quando Populus frequentior erit, alta voce perlegat præmonitionem noſtram ſuper hac re vernacula lingua deſcribendam in ſecunda parte.

CAP.

CAP. XXXVI.

De Fructuum Vacantis Ecclesię divisione.

I. AD præcavendas, dirimendasque lites, & controversias, quæ super emolumentis, & fructibus Ecclesiarum, atque Beneficiorum vacantium de facili suboriri possunt, post vestigia nostrorum Prædecessorum gradientes, prout infra decernimus.

II. Statim ac Ecclesiis, vel Beneficiis vacantibus Oeconomum deputabimus, congruam etiam assignabimus fructuum portionem, quam consideratis redditibus Ecclesiæ, seu Beneficii vacantis, nec non laboribus, aliisque circumstantiis, esse sufficientem arbitrabimur, à qua assignatione nulla admittatur appellatio, quæ executionem impediat. Cujus quidem Oeconomi erunt partes prædefuncti Parochi vices obire non solùm quòad spiritualia, sed etiam quòad temporalia, & ita quòad omnia se gerere, ut Successori, & Nobis paritèr rationem reddere valeat administrationis suæ. *Ex Synodis Diœces.*

III. Si fructus naturales, vel industriales mortis tempore Beneficiati à Solo fuerint separati, Hęredes ipsius Defuncti eos consequantur, sin autem pendentes fuerint ad Successorem in Beneficio pertineant. *Ex d. Syn.*

IV Declaramus, quòd si prædicti fructus locati fuerint non attendatur solutionis dies affictus, sed eos consequantur Hæredes Defuncti; Si fructus, pro quibus affictus solvitur à Solo separati sint, etiam si dies solutionis affictus non advenerit, vel obtineat in Beneficio Successor, si non fuerint à Solo separati, & tamen tempore mortis Prædecessoris solutionis dies advenerit. *Expręd. Sy.*

V. Fructus verò Civiles, qui ex re de sui natura minimè fructifera directè percipiuntur, si tempore mortis Beneficiati venerit, vel non venerit solutionis dies, pro rata temporis cum Successore in Beneficio dividantur. *Expręd. Sy.*

VI. Canon Emphyteusis, qui solvitur in recognitionem dominii, & non correspondet fructibus, non dividatur pro rata in-

Ex ipsi Sy. ter Successorem in Beneficio, & Defuncti Hæredes, sed si dies solutionis advenerit tempore mortis Rectoris, totus ad ejus Hæredes, si verò è contra totus ad Successorem pertineat.

VII. Si Beneficiatus moriatur de mense Octobris, vel alio tempore, quo jam omnes fructus sint recollecti, teneantur Hæ-
Ex Syn. d. redes alimenta Successori, & Oeconomo mercedem ministrare ad arbitrium nostrum, quod quidem intelligi volumus, si Vini, Olei, & secunda Bladarum recollectio ita tenuis fuerit, ut Successori ad congruè vivendum per totum mensem Junii futurum non sufficiat.

Vbi sup. VIII. Semina, quæ Beneficiatus defunctus dedit, & quorum fructus morte præventus percipere non potuit, & impensa stercorationis à Successore in Beneficio Hæredibus restituantur.

IX. Ad eosdem Hæredes defuncti Parochi, vel Rectoris spectare dicimus frugum paleas, quas præmortuus ex bonis Eccle-
Vbi sup. siæ percepit; teneantur tamen pro servitio eorumdem bonorum illas relinquere, si tamen Successor pro illis, quod æquum fuerit, juxtà æstimationem per Peritos faciendam solvere non recuset.

X. Insuper obstringimus Hæredes Defuncti, ut in domo Canonicali relinquant duos lectos populeos cum eorum stramentis necessariis, & omnia supellectilia lignea pariter necessaria pro
Vbi sup. Cubiculo, nempe tabulas duas, & scamna duo, insuper omnia vasa pro facienda Vindemia bonis Ecclesiæ proportionata, & juxtà consuetudinem Regionis, insuper dolia pro viginti quatuor cadis vini, & unum urceum pro tribus cadis olei; Et ut Hæredes ab hoc onere se subtrahant, minimè suffragetur, si ostenderint defunctum Parochum, seù Rectorem in adeptione Ecclesiæ, seù Beneficii suprà præscripta minimè recepisse, hoc enim illi imputent, cum in ejus favorem jam fuerit condita lex, quam Nos in præsenti Synodo confirmamus.

CAP.

CAP. XXXVII.

De Bonis Eccleſiæ non alienandis, de alienatis recuperandis, deque Cataſtro, Campione nuncupato, nec non de Inventario, & Archivio faciendo.

I. QUoniam bona Eccleſiaſticis, Sacriſque uſibus dicata, Patrimonium Chriſti ſunt, ideo Eccleſiarum, Beneficiorum, Locorumque Piorum Rectores, & adminiſtratores hortamur, & in Domino enixè rogamus, ut ea omni religione, integritate, & diligentia adminiſtrent, tueantur, & augeant, proindèque obſervent adamuſsim quæ infrà præſcribentur. *D. Thomas 2. 2. q. 85. a. 7.* *C. Cum ſecundum De prębend. C. Expedit. 12 q. 1.*

II. Igitur præcipimus in vim Apoſtolicarum Conſtitutionum omnibus, & ſingulis, qui Beneficiis, ſivè Curatis, ſivè ſimplicibus in noſtra Diœceſi exiſtentibus gaudent, inſuper omnium Confraternitatum Gubernatoribus, & Superioribus quocumque nomine nuncupentur, aliorumque Piorum Locorum Rectoribus, & Adminiſtratoribus, dummodò Juriſdictioni noſtræ ſubſint, ut intra annum à publicatione præſentis Synodi teneantur conſtruere Terrilogium, ſeù Cataſtrum, in quo accuratè, & fidelitèr non ſolùm verbis deſcribantur, ſed etiam delineentur omnia, & ſingula bona ſtabilia cujuſcumque ſpeciei ad proprium Beneficium, ſeù Locum Pium, cujus curam gerunt, ſpectantia, exprimendo in deſcriptione eorum locum, inſuper & Commune, in quo ſita ſunt, eorumdem vocabulum, menſuram, limites, & confinia; qua de cauſa id confici curent per Hominem in hac parte peritum. Cum autem id factum fuerit, illicò ad noſtram Cancellariam tranſmittatur, ut ex omnibus Cataſtris, ſeù Terrilogiis particularibus, unum generale univerſæ Diœceſis confici poſſit perpetuò in eadem Cancellaria aſſervandum ad indemnitatem eorumdem Beneficiorum, & Beneficiatorum, quibus reſtituenda ſunt prædicta Cataſtra ab eis confecta cuſtodienda, ut infra præſcribetur.

III. Teneantur inſuper infra tempus ſuprà præſcriptum con-

ficere Inventarium omnium Censuum cum indicatione temporis,
Constit. Sixti V. inc. Provida. impositionis, & nomine Imponentis, Notariique desuper rogati. Bonorum insuper emphyteuticorum, Canonum, Decimarum, & quorumlibet aliorum reddituum, atque obventionum; nec non Legatorum Piorum cum suis oneribus, rerum etiam, & bonorum alienatorum, seù usurpatorum, quorumcumque deniquè Jurium, actionum, Instrumentorum, librorum, & cujusvis generis scripturarum ad Ecclesias, Beneficia, etiam simplicia, & de Jure Patronatus, Confraternitates, Hospitalia, aliaque Loca Pia attinentium, servata formula in quarta parte registranda.

IV. Ut autem hoc opus plenius, atque exactius fiat, omnes fundationes, & erectiones, inventaria vetera, & quævis alia documenta huc spectantia sedulò inquirant, sibi comparent, & tradi procurent.

V. Ex eodem præcepto conficiant accuratissima inventaria
Const. superdicta omnium mobilium Ecclesiæ, Altarium cum expressione Iconis, sacræ Turris, cum numero Campanarum, Sacristiæ, & Domus Canonicalis, omniumque earum Supellectilium juxtà formulas in dicta quarta parte registrandas, quæ quidem Inventaria manu propria Conficientium subscribantur.

VI. Ad hoc autem novissimum Inventarium conficiendum teneri volumus non solùm qui de præsenti Beneficium quodlibet
D. Const. in Diœcesi nostra retinet, sed omnes, & singuli, qui successu temporis illis potientur.

VII. Cunctorum verò hujusmodi Inventariorum authentica
Ex d. Const. exempla ii, qui ea confecerunt manu propria subscribant, & intra supra præfinitum temporis spatium ad Curiam nostram transmittant, ut pariter ex illis generale unum exemplar confici possit in eadem Curia perpetuò asservandum.

VIII. Porrò ad custodiam Originalium in unaquaque Sa
Const. d. cristia, vel, si hæc desit, in Domo Canonicali construatur intra sex menses ut supra calculandos armarium in pariete benè munitum. Beneficiati verò simplices, & Capellani, qui hujusmodi armaria propria commodè habere nequeunt, Inventaria, reliquasque scripturas prædictas in armario Ecclesiæ Parochialis, vel illius, in qua extat Capella, seu Beneficium, quo gaudent, asservari curent, & hoc etiam à Confraternitatibus, aliisque piis Locis observari jubemus.

IX

IX. Quòd si intra prefixa superiùs tempora Catastrum, seù Terrilogium, & Inventaria præfata conficere, Archivium, seù Armarium construere, scripturasque in eo inferre neglexerint, aut fraudem in describendo commiserint, decem aureorum pœna irremissibiliter punientur, & expensis eorum omnia, & singula, quæ ipsi omiserunt Nos fieri curabimus. *Const. præd.*

X. Archivia autem, sivè Armaria supradicta Rectores Ecclesiarum, & quilibet Piorum Locorum curam gerentes, firma sera, diligentique cura clausa semper retineant, nullique claves committant, aut ulla scripturarum documenta indè asportandi, vel perquirendi, nisi ipsis præsentibus, licentiam impertiantur.

XI. Quòd si hoc non obstante Rectorum, vel Beneficiatorum incuria, aut alia quacumque de causa præfatæ scripturę, præcipuè post obitum eorum, in manibus Hæredum remanserint, vel pervenerint, pœnis contra illicitos Detentores Bonorum Ecclesiæ statutis subjaceant, nisi intra mensem, vel Nobis, vel Oeconomo, sivè Successori in Beneficio illas consignent, idque gratis, licèt Prædecessor, cujus erunt Hæredes pro dictis scripturis multum, vel parum pecuniæ solverit.

XII. Ad idem quoque Rectores, & Beneficiati quicumque sint, resignantes vel Ecclesias, vel Beneficia sub pœnis prædictis teneri volumus, & declaramus.

XIII. Admonemus insuper omnes Usurpatores, aut quoscumque alios quovis quæsito colore, vel arte per se, vel per alios, indebitè occupantes Bona quæcumque Ecclesiastica, non solùm Mensæ Episcopalis, sed quorumcumque Sacrorum Locorum Jurisdictiones, Census, Jura emphyteutica, item fructus, emolumenta, & his similia, insuper, & scripturas cujusvis generis, vel illas restituere impedientes, incidere in Excommunicationem Summo Pontifici reservatam; & ne quis ignorantiam allegare possit, præcipimus omnibus, & singulis Parochis, ut bis in anno, nempe in celebritate Sanctorum Apostolorum Philippi, & Jacobi, atque in festo Sancti Matthæi paritèr Apostoli Summarium Bullæ Pontificiæ in tertia parte inferendum publicè perlegant, quando Populus in Ecclesia ad audiendum Sacrum frequens erit. *Trid. sess. 22 c. 11. Bulla Cœn. §. 17.*

XIV. Alienantes, seù quoquo modo distrahentes Bona Ecclesiastica tàm immobilia, quàm mobilia pretiosa absque prævia facultate Sedis Apostolicæ, vel Nostra, prout inferiùs explicabi-

mus.

Extravag. Ambitiosæ. Pauli II. mus, exceptis casibus à Jure permissis, sciant & ipsi se incurrere in Excomunicationem Papę reservatam. Clericos verò hujusmodi alienationibus, seù usurpationibus assentientes ultra præfatam Censuram privari Beneficio, & ad alia similia inhabiles declarari.

Urbanus VIII. Const. 51.

XV. In easdem pœnas incurrisse sciant, qui extorserint fraudolentèr ab Ordinariis facultatem alienandi, dividendo ad hujusmodi finem in plures minores partes unum magnum, & integrum Corpus Ecclesiastici Boni.

XVI. Omnes Beneficiati in Beneficii sui adeptione jurent se bona, res, & Jura suarum Ecclesiarum, quæ malè alienata noverint, omni industria, quantùm in se erit, recuperaturos, vel saltem admonituros Nos, ut remedia Juris adhibere valeamus, nec super iisdem Bonis, rebus, & Juribus Nobis inconsultis se facturos translationem, & innovationem.

C. 2 De precariis.

XVII. Quolibet triennio terminos, & statum singulorum Bonorum recognoscant, innovantes in Terrilogio nomina Conductorum, & Confinium, notam Instrumentorum, & alia hujusmodi, si fortè fuerint mutata. Bonorum verò de novo acquisitorum intra tres menses à die acquisitionis in eodem Terrilogio descriptio addatur, & intra dicti temporis spatium nota Contractus, seu Legati, expresso nomine Notarii, vel Testatoris ad Curiam nostram deferatur, ut in Terrilogio Generali describi possit. Non deferentes inobedientiæ, & socordiæ pœnas decem aureorum luent.

Const. B. Pii V. incip. Cum onus.

XVIII. Locorum Piorum Census non nisi servata forma per Beatum Pium V. instituantur, & donec facta fuerit reinvestitio, pecunia penès Depositarium nostrum omninò remaneat, quòd si culpa Rectorum reinvestitiones factæ non fuerint, à die publicationis hujus Synodi, aut debito tempore non sit secutum pecuniæ depositum, Rectores ipsi ab ingressu Ecclesiæ sint eò ipso interdicti, & sic in futurum servetur.

XIX. Si aliquandò servatis de Jure servandis Bona alicujus Ecclesiæ in Emphyteusim concedantur, caveatur in Instrumento, ne Conductor sine expressa facultate directi domini per novum instrumentum obtinenda, qualitatem Terræ mutare, prædiumque per foveas, muros, & sepes dividere valeat, & qui contra fecerit ab Jure emphyteutico ipso facto decidat.

XX

XX Item addatur, ut immediatè poſt ſingulos decem, & novem annos debeat omnia per Contractus innovationem recognoſcere, cum expreſſione Confinium,& Vocabulorum ſub pœna devolutionis Bonorum ad Locum Pium, ad quem ſpectat illorum dominium.

XXI. Apponatur inſuper, ne Emphyteutæ liceat Arbores fructiferas, aut etiam infructiferas incidere (exceptis iis,quarum inciſio eſt pars fructus fundi) etiam pro Eccleſiæ reparatione ſine noſtra licentia ſub pœna ad arbitrium.Quando autem à Nobis facultatem obtinuerint aliquas incidendi, id non exequantur, niſi vocato directo Domino, qui videat, & approbet id ſine damno prædiorum fieri poſſe.

XXII. Adiiciatur pactum, quòd quandocumque directus Dominus prætendat caducitatem ex linea finita, ſatis ſit probare mortem primorum Acquirentium, poſt quos lineæ durationem probare teneatur Emphyteuta.

XXIII. Inſuper mandamus in Ædibus, Prædiis &c. memoriam apponi inciſam in lapide collocando in loco patenti, & publico, qua indicetur conceſſio livellaria, nec non dies, menſis & annus illius, nec non nomen, & cognomen Notarii deſuper rogati, ut bona Eccleſiaſtica vindicentur ab oblivione, quam non rarò temporum decurſus afferre ſolet.

XXIV. Quotieſcumque Eccleſiaſtica bona erunt devoluta, aut per lineam finitam,aut perCanonem nõ ſolutum,aut alio quocumque titulo, Beneficiarii, &Rectores ſub pœnis ad arbitrium id Nobis denuncient, ne in Eccleſiarum damnum contra Sacrorum Canonum diſpoſitionem caducitatis pœna remittatur.

XXV. Bona Emphyteotica ad Eccleſias reverſa nec dum incorporata, iterum alienari non poſſint Nobis inconſultis ſub prætextu quod ſolita ſint alienari, ſub pœna nullitatis contractus. Poſtquam verò fuerint acceptata, & effecta de menſa, nemini ulteriùs abſque Sedis Apoſtolicæ licentia, vel noſtro Beneplacito, infra limites tamen noſtræ facultatis concedere liceat, ſed pro Eccleſiæ, Locorumque Piorum menſa retineri mandamus, & Contractus aliter initi nullo pacto robur obtineant, & Contrahentes pœnis arbitrio noſtro ſubjaceant. *Syn. Diœc. 1650. tit. de Bonis Eccl.*

XXVI. Nullus emphyteuticus Contractus celebretur,in' quo

præ

Sac. Cong. 21. Octob. 1611. in una Caput-Aquens.

prædicta Bona concedantur ultra tres Generationes, quarum prima sit ipse Acquirens, aliàs Contractus sit nullus, quemadmodum hoc præsenti Decreto irritamus, & nullius valoris esse volumus. Reservantes tamen Nobis facultatem super casibus singularibus dispensandi, ne in prima Generatione idem primus Acquirens comprehendatur.

Cõst. Alex. VII. incip. Superna.

XXVII. Emphyteuses, & Locationes quascumque fieri à Beneficiariis, Locorumque Piorum Administratoribus in favorem Consanguineorum, seù Affinium intra tertium gradum non intercedente nostra facultate in scriptis, & in Instrumento exprimenda prohibemus, aliàs Contractus sit nullus.

XXVIII. Sub eadem pœna Ecclesiis, Cœmeteriis, Ædibusque Canonicalibus finitima per triginta passus ad minus nemo audeat in Emphyteusim dare, seù alio quocumque modo alienare, etiam servata Constitutione Pauli Papæ II. quæ incipit: *Ambitiosæ* &c.

XXIX. Cum per eamdem Constitutionem memorati Pauli II. permittantur solùm alienationes Bonorum Sacrorum ex causa Pietatis, ex necessitate urgenti, vel ex evidenti Ecclesiæ utilitate, sciant omnes, quod licèt una, vel altera ex prædictis causis in-

Ex. Synod. Diœces. præcipuè de a no 1650. tit. de Bonis non alien. 3.

tercesserit, alienatio erit nulla, si non accesserit etiam Beneplacitum Apostolicum, vel Nostrum, quatenùs bonum alienandum sit in ea quantitate, & valore, per quem possumus Auctoritatem nostram interponere ex facultate specialiter delegata à Sixto IV. Episcopis Lucensibus, sub quorum Jurisdictione olim Diœcesis nostra extabat.

XXX. Alienationes bonorum Ecclesiasticorum ex lege factas, ut Sanctæ Sedis Apostolicæ Auctoritate muniantur, dum interim à Conductoribus ea bona hujusmodi facultate non impetrata in grave Ecclesiarum damnum, & Contrahentium periculum possidentur, irritas, ac nullas declaramus, nisi tamen fuerit appo-

Const. Urb. VIII. incip. Romanus Pont.

situm, quòd interim, dum Beneplacitum expectatur, alienatio sit loco affectus, & tempus trium annorum non excesserit; Inhibentes, ne quis audeat apprehendere possessionem dictorum bonorum, nisi præmissis legitimis solemnitatibus, & sententia lata à Judicibus delegatis super evidentem Ecclesiæ utilitatem.

XXXI. Cum sæpè contingat annuos Census spectantes ad Ecclc-

cleſias, & Pia Loca, inſcientibus, & ignorantibus Nobis reſtitui, illoſque ſucceſſivè conſumi in grave ipſarum præjudicium; Ideò declaramus reſtitutionis Inſtrumentum irritum fore, ſi priùs de dicta reſtitutione non fuerimus certiorati, & nedum Reſtituentem, ſed etiam Recipientem, & Notarium ſtipulantem in decem aureos mulctandos eſſe decernimus.

XXXII. Quia plurimæ reperiuntur Eccleſiæ, Monaſteria, Beneficia, Hoſpitalia, aliaque Pia Loca, quæ Inſtrumenta alienationum Bonorum penès ſe non habent, ſed tantùm annuatim recipiunt Canones, & fructus, Inſtrumenta verò reperiuntur apud Poſſeſſores; Ideò mandamus omnibus Eccleſiaſtica Bona poſſidentibus, ut quamprimùm exhibeant Rectoribus Eccleſiarum inſtrumenta, titulos, & Jura, quibus hujuſmodi bona poſſident, aliòquin intra annum non parentes pœnis arbitrariis punientur.

XXXIII. Periti, & Teſtes ad utilitatem Eccleſiæ probandam pro alienationibus faciendis adhibiti, ſciant ſe ultra damni compenſationem incidiſſe in Excommunicationem Extravagantis ſupramemorati Pauli II., quæ incipit, *Ambitioſæ Cupiditati &c.*, ſi tacendo veritatem, vel falſum aſſerendo detrimentum aliquod Eccleſiæ attulerint. *Extravag. Pauli PP. II.*

XXXIV. Volentes deniquè indemnitati Eccleſiarum providere, quæ multa ſæpiſſimè damna patiuntur propter varias arborum inciſiones, ideo non ſolùm Emphyteutæ ut ſupra ſub numero XXI. prohibitum eſt, ſed nullus alius quicumque ſit impoſterum audeat Quercus, Ulmos, aliaſque arbores non cęduas vel frugiferas abſque noſtra, vel noſtri Vicarii Generalis licentia cædere, vel evellere, niſi ipſis Eccleſiis ſatisfacere, & damna propriis ſumptibus reſarcire, aliaſque ad arbitrium noſtrum pœnas ſubire velint.

CAP. XXXVIII.

De Judiciis, & Foro competenti

I. ERit opus Juſtitiæ pax, inquit per Iſaiam Prophetam Dominus. Si ergo Juſtitiæ vinculum, quo hominum multitudo in unum corpus coalescit, obrumpatur omnis virtus, diſ-
Cap. 32. 17 ſolvitur & Pax, nempe ordinata illa concordia, qua homines cum Deo, & Proximo conſentiunt, diſiungitur. Ut igitur Po-
Omnia, quę in hoc, & ſeq. cap. contin. deſumpta fuere ex Synod. Dioec. neſt. pulus noſter dilectiſſimus à moleſtiis, cæteriſque malis, quæ diſcordia parit, ad Pacis bonum, & concordiæ tranquillitatem per Nos, quantùm fieri poteſt, revocetur, Judiciorum materiam pro noſtræ Epiſcopalis Curiæ directione explicare, enumeratis cauſis ad eamdem Curiam pertinentibus, cenſuimus earum qualitatem poſtmodum, nec non procedendi rationem, & Judicii formam præſcripturi.

II. Verum quia pro tuendis, & comparandis humanæ vitæ bonis, ſæpiùs, quam par eſſet, lites excitantur, & in his dirimendis interdum Eccleſiaſticus, & Sæcularis Judex diſſentiunt, Synodalibus noſtris Conſtitutionibus, hanc etiam de Judiciis, & Foro competenti partem inſerere, operæ pretium duximus.

III. Igitur in omnibus Cauſis ad Forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus, atque ex Concilii Tridentini Decreto coram Nobis, vel Vicario noſtro Generali in prima inſtantia cognoſcendis, & ſaltem intra biennium à die motæ litis terminandis, à præſcripta Concilii forma non recedatur.

IV. Ad Forum autem Eccleſiaſticum pertinere intelligantur Cauſæ omnes Clericorum, & Religioſarum Perſonarum, Piorumque Locorum quoties, & quomodolibet de illis agendum ſit. Cauſæ quoque Decimarum, Matrimoniorum, Hæreſis, Simoniæ, Sacrilegii, Juris Patronatus, & aliæ denique omnes, quæ de jure, vel legitima conſuetudine pro Eccleſiaſticis haberi ſolent.

V. Omnes igitur Proceſſus, ac Sententias ſuper præmiſſis coràm Sæcularibus Judicibus confectos, & agitatos, aut latas, ſtatuimus eſſe nullius roboris, & momenti, nec quidem Judicium fa-

faciẽntes in Judicio Eccleſiaſtico, niſi in præmiſſis acceſſerit Noſtra licentia.

VI. In Cauſis verò tàm Civilibus, quàm Criminalibus ad Utrumque Forum, Sæculare ſcilicet, & Eccleſiaſticum quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus, cujuſcumque ſint generis, qualitatis, aut ſpeciei (ne illas ſingillatim enumeremus) quæ de Jure, vel conſuetudine mixti Fori judicari ſolent, volumus, atque decernimus eſſe locum præventioni, itaut ſufficienter punitus in Foro Eccleſiaſtico, in Sæculari nullatenùs puniri poſſit, & è contra.

CAP. XXXIX.

De Cauſis Parvis

I. CAuſæ parvæ intelligantur, & ſint illæ, quæ librarum viginti & octo Monetæ Florentinæ ſummam non excedunt, in quibus Vicarius noſter Generalis pro Debito ſui Officii teneatur eas ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura Judicii Partibus coram ſe vocatis, & oretenùs auditis expedire, & omnibus Juris remediis cogere, & compellere Debitorem ad ſolvendum.

II. Quòd ſi hoc de facili contingere non poterit, procedatur per viam Monitorii juxta ſtilum vetus noſtræ Curiæ; Et ſi intermino Reus non comparuerit, accuſata ſequenti die contumacia, confirmetur Monitorium, nec audiatur purgare volens contumaciam, niſi Actori expenſas integraliter refecerit.

III. Si verò Comparens negaverit Debitum, habeat Actor terminum, arbitrio D. Vicarii præſcribendum, juxta Locorum diſtantiam ad probandum. Si verò confiteatur aſſignentur, & ſtatim aſſignati eſſe intelligantur decem dies ad ſolvendum; quòd ſi decendio elapſo non ſolverit, illicò confirmetur Monitorium inſtante ipſo Creditore, etiam Reo non citato.

IV. Simili modo procedendum fore decernimus in Cauſis Salarii, Mercedis, Affictus bonorum, Penſionis, Alimentorum, nec non etiam quando agitur ad inſtantiam Domini directi pro recuperatione ex quocumque capite bonorũ Emphyteuticorum, Medicinarum, Impenſę funeris, & Quartæ funeralis, & id genus

aliæ, quas ſummariè decidendas eſſe decernimus, ſin autem per viam Monitorii.

CAP. XXXX.

De Cauſis Mediis

I. STatuimus paritèr quòd in Cauſis non excedentibus ſummam librarum centum quinquaginta procedatur ſimiliter per viam Monitorii, aſſignando terminum trium dierum ad ſolvendum, ſi Debitor ſit in Civitate S. Miniatis, vel ejus Præpoſitura, aliàs infra ſex, & ſi Reus comparuerit, & negaverit, Actor ad probandum ſemper obtineat terminum ad libitum noſtri Vicarii, qui paritèr juxtà ſtilum Curiæ ſemper Reo viciſſim & Actori aſſignet terminum trium dierum ad dicendum contra Jura producta.

II. Quòd ſi Jura fuerint libri, vel privatæ rationes, in dictorum librorum approbatione, arbitrio D. Vicarii citata Parte, omninò ſtandum ſit, etiam ſi librarum centum quinquaginta creditum excedat.

III. Verùm ſi Actor ad probandam ſuam intentionem velit Teſtes examinare, tunc poſt negatum Monitorium in termino ſibi aſſignato producat Capitula, quibus productis, & notificatis Reo, ipſe habeat tempus trium dierum ad danda Interrogatoria. Actor verò infra alios ſex dies teneatur Teſtes examinare, quod ſemel porogari poſſit arbitrio D. Vicarii; Verùm ante cæptum examen Teſtium recipiantur ſemper Rei Interrogatoria.

IV. Et quoniam Reus in exceptionibus fungitur parte Actoris, ideò ſi ipſe ad probandam ſuam exceptionem velit Teſtes examinare, procedatur ut ſupra.

V. Quibus terminis ut ſupra Actori à Reo aſſignatis, & elapſis, cenſeantur publicati Teſtes, & impoſterum recluſa via ad aliquam probationem faciendam, quæ aliàs nulla ſit, niſi fuerit ex publico Inſtrumento, vel ex privata ſcriptura vim Inſtrumenti habente.

CAP.

CAP. XXXXI.

De Cauſis Ordinariis.

I. POſtquam ab Actore coram D. Vicario fuerit porrectus libellus, ſeu ſummaria petitio, copia ipſius petitionis tranſmittatur Reo cum termino trium dierum, ſi fuerit in Civitate Sancti Miniatis, vel in ejus Præpoſitura, aliàs infra ſex dies ad reſpondendum libello, & jurandum de calumnia, quæ citatio ſemper fiat cum comminatione, quòd impoſterum citabitur ad Ualvas Cathedralis, vel Cancellariæ Epiſcopalis, & exequatur in perſonam, vel bis relicta domi, & ſi Reus contumax fuerit, Actori ipſo Jure dies octo aſſignati cenſeantur, & ſi dies ultima non fuerit utilis, dies ſequens ad ponendum, & articulandum.

II. Teneatur etiam Actor in productione Poſitionum, ſeù Capitulorum de calumnia jurare, aliàs pœnas à Sacris Canonibus comminatas ſuſtineat; Et ſi in contumaciam Partis adverſæ Actor de Jure ſuo probaverit, ſententiam cum condemnatione expenſarum reportet, nec Adverſarius audiatur, niſi refectis omnibus litis expenſis.

III. Si autem Reus in termino ſibi præfixo comparuerit, & exceptiones dilatorias, vel declinatorias, ſeù quaſcumque alias, niſi ex tribus fuerint, videlicet citationis, Jurisdictionis, ſeu mandati defectibus, vel etiam rei judicatæ, quæ intra tempus, Judicis arbitrio ſtatuendum, juſtificetur, Judicium non retardetur, ſed ſemper in fine litis dictæ exceptiones reſervatę cenſeantur.

IV. Cum Reus exceptiones propoſuerit, ſint ipſo Jure Actori duo dies peremptorii aſſignati ad reſpondendum, & deinde alii duo dies ſimiles Reo ad replicandum. Et his peractis lis habeatur pro conteſtata, quod idem cenſeatur, ſi poſt terminum ad reſpondendum præfixum vel oppoſitum fuerit.

V. Deinde Actori ſint ipſo Jure ut ſupra aſſignati dies octo ad ponendum, & articulandum, & ne examen ſuper Poſitionibus, & Articulis proceſſum impediat, ſemper reſervetur in tempus prolationis Sententiæ.

VI.

VI. Capitula, & Articuli ſemper habeantur pro admiſſis, ſalvo Jure impertinentium, & non admittendorum, niſi aliter Judici ex rationabili cauſa videatur.

VII. Interrogatoria non exibeantur, niſi pertinentia ad Cauſam, & impertinentia poſſint per Judicem etiam non citata Parte recuſari.

VIII. Quotieſcumque Poſitionibus reſpondendum erit Incola Civitatis, ſeu ejus Præpoſituræ, perſonaliter, vel bis domi relicta citatione ad primam citetur; Diœceſis verò ad octavam, & ſi abfuerit à Civitate ultra quindecim milliaria, Adverſario non contradicente, & per Procuratorem, facultatem in Animam ſui Principalis jurandi habentem (exceptis tamen Matrimonialibus, Simoniacis, & Uſurariis Cauſis, in quibus ipſemet Principalis jurare obnoxius eſto) reſpondere poſſit.

IX. Vult etiam, & præcipit noſtra Synodus, quòd Actore, & Reo in reſpondendo Poſitionibus contumacibus, Judex Parte inſtante, etiam alia minimè citata, ea pro confeſſis declarare poſſit, qua declaratione ſecuta etiamſi moram purgare velint, non audiantur, tamen infra quatuor dies poſt pronunciationem contrariun probare poſſint, aliàs poſteà omninò non audiantur.

X. Si Poſitiones negatæ fuerint, Pars, quæ eas produxerit, prima juridica die illas in vim Capitulorum reproducere, & Teſtes deſuper examinandos nominare teneatur, & ipſo Jure poſt dictam nominationem ad facienda Interrogatoria dies ſex aſſignati cenſeantur, & deinde decem dies utiles ad faciendum jurare Teſtes, Parte legitimè citata ad eos videre jurandum, alioquin termino elapſo Teſtium depoſitiones nullum robur conſequantur.

XI. Et ſi aliquando dubium foret, an Teſtes ſint examinandi, ſalvis Partis adverſæ exceptionibus, tàm contra perſonas, quàm Teſtium dicta examinentur, & ſi huic reſervationi Pars adverſa non acquieverit, Judex addere, & ponantur ad partes, neque ſint de proceſſu abſque novo Decreto, teneatur.

XII. Si Teſtes abfuerint à Civitate ultra quindecim milliaria, arbitrio D. Vicarii terminus prorogari poſſit.

XIII. Dilationes à D. Vicario terminis ſubſtantialibus ſervatis, & elapſis non concedantur, niſi octo, vel quindecim dierum

ejus

ejus arbitrio Actori ad producendum omnia, & ulterius probationis via præcluſa eſto.

XIV. Et ſi intra terminum aliquid productum fuerit, ſtatim Reo aſſignata trium dierum dilatio ad dicendum contra jura producta, intelligatur, qua elapſa, tempus ad probandum, & producendum prout ſupra Actori conceſſum fuit, Reo aſſignatum intelligatur. Quibus terminis tranſactis, partes volentes aliquid probare, nullo modo audiantur, aliàs probatio nullius roboris, & valoris ſit, & ipſo jure in cauſa concluſum, & proceſſus publicatus cenſeatur.

XV. Arbitrio etiam D. Vicarii, ſi teſtes extra Civitatem commorentur, & aliquo legitimo impedimento præpediti in loco Judicis examinari non poſſint, parte inſtante, præſtito etiam per petentem juramento ſuper allegato impedimento uni ex Actuariis, ſeù alicui in Eccleſiaſtica dignitate conſtituto, ſeu etiam Doctorali, Teſtium examen committatur, cum termino ad faciendum eos deponere, & aſſertiones producendas ſimiliter arbitrio D. Vicarii præfigendo, quo elapſo depoſitiones ſint nullius roboris.

XVI. Et ſi aliqua Partium contra perſonas, & dicta Teſtium aliquid apponere velit poſt concluſum in Cauſa, ſtatim octo dierum ultimus, & peremptorius terminus ipſo Jure aſſignatus ad probatum, & reprobatum habendum quidquid voluerit contra perſonas, & dicta Teſtium, intelligatur, & ſi ſuper repulſa Teſtes examinare velit, infra dictum tempus (præſtito de calumnia Juramento) eos ſuper Capitulis productis Teſtes deponere facere obnoxia ſit, aliàs reprobatio nullius ſi roboris.

XVII. Verùm ſi termino præfixo nil contra Teſtes probatum fuerit, opponens viginti quinque librarum pœnam Piis Locis applicandam ſuſtineat, & ſtatim Proceſſus in cauſa repulſæ publicatus cenſeatur.

XXIII. Dies aſſignati in qualibet Cauſa intelligantur eſſe, & ſint currentes, niſi aliter per D. Vicarium declaretur.

XIX. Ubi particulari diſpoſitione lex ſancita non erit, & vetus Cancellariæ ſtilus uſu confirmatus, ullus erit, recurratur ad Jus Canonicum, & in ſubſidium ad Jus Civile Romanorum.

XX. Cauſas omnes quomodolibet ad Forum Eccleſiaſticum ſpectantes, D. Vicarius teneatur ſaltem intra biennium omninò

ter-

terminare; aliàs Partibus licitum ſit ad Superiorem provocare; Si verò ipſæ Partes negligentes erunt poſſit, & debeat terminum aliquem ſtatuere, intra quem actiones, & Jura ſua in publicum deferant, Quo termino elapſo ſi earum Partium negligentia duraverit, eaſdem Cauſas deſertas eſſe declaret.

CAP. XXXXII.

De Cauſis executivis, executionem paratam habentibus.

I. INſtrumenta omnia quarantigiata, tam jurata, quàm non jurata, item omnes ſcripturas privatas non cancellatas, nec in aliqua earum parte vitiatas, cauſamque crediti habentes, & ſaltem Debitoris manu ſubſcriptas, executionem paratam habere decernimus. Similiter ſententiæ, quæ tranſierunt in rem judicatam, lauda, & arbitramenta, in quibus omnibus infraſcripto ordine procedendum ſtatuimus.

II. Quòd ſcilicet D. Vicarius viſo Inſtrumento, vel ſcripta Reum monere faciat, ſi fuerit in Civitate, vel ejus Præpoſitura infra tres dies, & ſi extra dictam Præpoſituram in omni loco Diœceſis infra ſex ad ſolvendum Creditori inſtanti petitam ſummam, & Inſtrumento contentam. Et ſi Reus infra dictum tempus non comparuerit, procedatur ad executionem, & audiri non poſſit, niſi refectis expenſis.

III. Si verò comparuerit, velitque excipere contra Inſtrumentum, aut ſcriptam, exceptiones tantummodo infraſcriptas opponere poſſit; Videlicet ſolutionis, liquidæ compenſationis, pacti de non petendo, ſeu termini prorogationis, falſitatis, ac etiam nullitatis ex cauſa uſurariæ pravitatis.

IV. Debeat autem Reus infra terminum decem dierum ei ſtatim opponenti per D. Vicarium aſſignandum dictas exceptiones probare, & probatas habere, Salvo tamen, quod ſi tam Actori executionem petenti, quàm Reo excipere intendenti abſque perjurii periculo prædicta facere infra dictos decem dies non poſſe contigerit; tunc, & eo caſu tum Partibus, tum etiam D. Vicario ad cognoſcendum, & terminandum ſuper hujuſmodi abſolu-

lutione concedenda, vel non, trium dierum terminus intelligatur prefixus: Qua cognitione pendente cæteri termini nõ currant, & elapſo decem dierum termino audiatur dictas exceptiones proponens, & probare intendens, ſine prejudicio tamen legitimæ executionis, quam retardare nequaquam poſſint aliæ præter enumeratas exceptiones etiam in termino oppoſitæ.

V. Si Debitor citatus comparere in termino recuſaverit, ſtatim, ut diximus, deſcribatur in libro gravaminum, & ſi gravari nequeat, ad unius ex nunciis publicis Epiſcopalis Curiæ relationem in actis factam juxtà ſtilum Curiæ in ſubſidium Juſtitiæ, prævia perſonali citatione, vel bis domi repetita, citetur pro die certa ad videndum ſe excommunicari, & relaxari Cedulones, & lata ſententia Excõmunicationis affigantur Cedulones in locis publicis, donec integraliter ſatisfecerit. Quod ſanè locum habeat dummodo debitum aſcendat ad ſummam ſcutorum ſex, & ubi Debitor nec realiter, nec perſonaliter gravari poſſit. Quòd ſi hoc pacto nõ ſatisfecerit Creditori mittatur in bonorum Debitoris poſſeſſione, ex primo Decreto, & fructus lucretur, prout infra Capite de Contumacia continetur. A' quo gravamine Excommunicationis, vel poſſeſſionis immiſſione non poſſit Debitor liberari, niſi, facto reali, & integro depoſito, refectiſque expenſis contumacialibus, vellet aliquam ex dictis exceptionibus infra terminum decem dierum probare, probatamque habere. Quo caſu incipiat à die facti depoſiti terminus currere.

VI. Inſuper illæ Scriptæ executioni demandentur, quæ nec diem, nec tempus, nec locum habent, nec etiam cauſam crediti, dummodò eas priùs recognoſcat, vel approbet Debitor, qui eas ſcripſerit, vel in ejus comtumacia pro recognitis pronunciatæ fuerint, vel ipſo debitum, & ſcripturas negante probatum fuerit contrarium per Actorem.

VII. Et ſi Debitor ſuprema ſolverit, decernimus quòd ſufficiat approbatio Teſtium, qui eas ſcribere viderint, nec non etiam comparatio literarum, vel dictum Teſtium, qui aliàs ſcribentis, vel ſubſcribentis Debitoris manum notam habuerunt.

VIII. Verùm ſi Scriptæ manu ipſius Debitoris non fuerint ſcriptæ, vel ſubſcriptæ, ſufficiat, quòd recognoſcant Teſtes, qui ſubſcripſerunt, qui ſi ab humanis deceſſerunt, ſufficiant probationes per comparationem literarum, &, ut ſupra diſpo-

ſitum eſt de recognitione manus Debitoris principalis.

IX. At ſi in hujuſmodi Cauſis, & prædictis omnibus caſibus in præſenti capite contentis appellari contigerit, nulla appellatio admittatur, quæ executionem ſuſpendat.

CAP. XXXXIII.

De Citationibus.

I. IN cujuſcumque Cauſæ initio, ſive à petitione, vel libello, ſeu à proteſtationibus, aut præparatoriis, alio modo exordiatur, prima citatio fiat in ſcriptis cum brevis Cedulæ citatoriæ tranſmiſſione per unum ex Nunciis Curiæ Epiſcopalis in manibus perſonæ citandæ, ſi inveniri poterit, ſin minus domi ejus ſolitæ habitationis cum proteſtatione, & comminatione, ſi Reus fuerit extra Civitatem, vel ejus Præpoſituram, quod eligat locum, & perſonam in Civitate, ubi, & apud quem citari velit, aliàs citabitur ad Valvas Curiæ ad omnes actus uſque ad Sententiæ latæ intimationem incluſivè. Quæ comminatio fieri debeat etiamſi contigerit aliquem citari extra Diœceſim per literas ſubſidiarias.

II. Quælibet citatio ad ſolvendum, ſivè ad reſpondendum præparatoriis fiat cum comminatione quòd Reo non comparente procedetur ad ulteriora, ejus contumacia non obſtante.

III. Confirmationes Monitoriorum in Decretorum libro appoſitæ, & quæ Nunciis traduntur ad gravandum, manu D. Vicarii ſint ſubſcriptæ, aliàs nullæ ſint, & exequi non poſſint. Citationes, & executiones conceſſæ diebus utilibus poſſint exequi etiam in diebus feriatis.

CAP.

CAP. XXXXIV.

De Sequeſtrationibus.

I. QUotieſcumque in caſibus à Jure permiſſis ſequeſtrum faciendum venerit, notificetur tàm Sequeſtratario cum termino trium dierum utilium ad dicendum ſe habere rem Sequeſtratam, vel negare: Cujus Juramento circa quantitatem omninò ſtandum decernimus, quàm ei, contra quem fuerit decretum infra terminum trium, ſi fuerit in Civitate, vel ejus Præpoſitura, ſin autem ſex dierum ad contradicendum. Et ſi Reus comparuerit, & negaverit debitum, utique ad probandum termini, modo, & forma ſuperiùs in titulo de Cauſis mediis præſcripta, aſſignati cenſeantur. Quòd ſi Reus non comparuerit, nihilominus Actori incumbat onus probandi creditum præmiſſa priùs citatione cum ſolita comminatione prout ſupra de citatione dictum eſt.

II. Si autem Rei pervicacia eò audaciæ proceſſerit, ut ſequeſtrum violare ſibi licere putaverit, Sequeſtratarius quamprimùm id Curiæ Epiſcopali notificare teneatur, & D. Vicarius præcedente inſtantia Partis, & alia citata, Violatorem in libris viginti quinque Locis Piis applicandis condemnare debeat, & ad reſtitutionem rerum ſubtractarum.

III. Verùm ſi Sequeſtratarius in termino non comparuerit, ligitima ceſſante cauſa, vel Sequeſtrum violatum Curiæ non denunciaverit, ejus contumaciam pro confeſſione decernimus recipiendam eſſe, & ipſum rei ſequeſtratæ Debitorem intelligendum.

IV. Sequeſtrationes verò, quæ Jurium exequibilium fieri contigerit, nullo modo revocari valeant. Aliæ verò oblata, & data cautione in forma depoſiti, vel fidei juſſione idonea per D. Vicarium approbanda, revocari poſſint, & tunc aut ordinariè, aut executivè arbitrio D. Vicarii, pro ut Cauſa requirere videbitur, agatur, & ſerventur termini prout ſupra in titulo de Cauſis habentibus executionem paratam, decretum eſt, & dies aſſignati in qualibet Cauſa intelligantur eſſe, & ſint currentes, niſi

D. Vicarium facta fuerit mentio, & nominatio dierum utilium.

CAP. XXXXV.

De Suſpectis Debitoribus.

I. LIceat cuilibet Creditori, ſuſpectum Debitorem habenti, D. Vicarium adire, qui ad delationem ipſius juret in pectore, ſi fuerit Sacerdos, ſi autem Laicus tactis literis, dictoque Juramento præſtito D. Vicarius committat ut Debitorem ſic juratum ſuſpectum ſine aliqua requiſitione, ſi fuerit Laicus per Birruarios capi, & ad ipſius Creditoris inſtantiam cuſtodiendum in Carceribus detur, niſi ſufficienter pro debito ſatisdederit de Judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo.

II. Si autem fuerit Clericus, & in aliquo Majori Ordine conſtitutus, citetur, cui comparenti fiat præceptum ne de Civitate diſcedat ſub certa pecuniarum pœna, niſi Creditori ſatisdederit, vel alio pacto ſatisfecerit (dummodò Beneficium Curatum, vel ſimplex in Diœceſi non obtineat) nec carceribus mancipetur, niſi aliter expedire videbitur. Quibus omnibus ſic præmiſſis, procedatur deinde ad juſtificationem prætenſi ſuſpectus, & Crediti, prout Cauſa ipſa, ſivè parva, ſivè magna, ſivè ordinaria requiret, juxtà formam unicuique præſcriptam.

III. Verùm, ſi Debitor ſic juratus ſuſpectus, ſuſpectum eſſe negaverit, ac dubitaretur, utrum revera eſſet ſuſpectus, nec ne, de veritate diligens inquiſitio fiat, ac fide dignis ex publica voce, & fama de ſuſpicione perſonæ deponentibus (interim tamen Debitore retento), & ſi nihil contra ipſam perſonam de ſuſpicione conſtiterit, ſatisdare non compellatur, ſed liberè dimiſſus abire queat, & Creditor capi faciens in expenſis legitimis, & damnis condemnetur.

CAP.

CAP. XXXXVI.

De Appellationibus

I. SI quis appellare velit dies decem currentes, juxtà Sacrorũ Canonum Decreta, poſt latæ Sententiæ notificationem ad provocandum habeat, & ſi ad Illuſtriſſimos Archiepiſcopum Metropolitanum, vel Nuncium Apoſtolicum appellaverit, intra unum menſem, Si verò ad Sanctam Sedem Apoſtolicam intra duos menſes appellatum citare faciat, aliòquin ſi tranſacto dicto termino non fuerit facta citatio ad inſtantiam Partis, appellationem eſſe deſertam, & ſententiam tranſiviſſe in Judicatum declarare Judex teneatur.

II. Et ad obviandum malitiis pervicacium hominum, qui appellationis remedio abutentes, lites in longum protrahere cupiũt, noſtra Synodus, inhærendo Provinciali Synodo Florentinæ, decernit, quòd in Cauſis non excedentibus ſummam librarum quinquaginta, vel habentibus executionem paratam, nec non in Cauſis devolutionis bonorum locatorum in Emphyteuſim quomodocumque ſecutæ, præcepti de docendo de confirmatione Apoſtolica, revocationis attentatorum ad ſpretam inhibitionem, ſeu mandati de ſuperſedendo, ſolutionis Affictuum, Canonum, Cenſuum, Decimarum, Alimentorum, Salarii, ſeu Mercedis, Eleemoſynæ dotalis, & expenſarum pro monachandis Puellis, diviſionis bonorum, tàm ad medium, quàm in affictum per Agricolas conductorum, appellatio nulla admittatur, quæ executionem ſuſpendat, vel impediat, ſed tantùm ad effectum devolutivum.

CAP.

CAP. XXXXVII.

Dies feriati Curiæ Epiſcopalis Sancti Miniatis

De Menſe Januarii

Die 1. Circumciſio Domini.
6. Epiphania Domini.
9. S. Fortunatus.
17. S. Antonius.
25. Converſio Sancti Pauli.

De Menſe Februarii.

2. Purificatio B.M.V.
3. Sanctus Blaſius.
5. Sancta Agatha de mane.
24. Sanctus Mathias dies Conſecrationis Illuſtriſſimi Domini D. Epiſcopi.

De Menſe Martii.

7. S. Thomas de Aquino.
12. S. Gregorius.
18. S. Anſelmus.
19. S. Joſeph.
25. Annunciatio B.M.V.

De Menſe Aprilis.

25. S. Marcus.

De Menſe Maji.

1. SS. Jacobus, & Philippus.
3. Inventio S. Crucis.
8. S. Michael.
19. S. Ivonus.
26. S. Philippus Nerius.

De Menſe Junii.

11. S. Barnabas.
24. S. Joannes Baptiſta cum uno præcedenti, & uno ſubſequenti.
29. S. Petrus.

De

De Menſe Julii.

2. Viſitatio B. M. V.
22. S. Maria Magdalena.
25. S. Jacobus. 20. S. Anna.

De Menſe Auguſti.

15. Aſſumptio B. M. V. cum uno præcedenti, & uno ſubſequenti.
24. S. Bartholomæus.
25. S. Geneſius.
28. S. Auguſtinus.
29. Decollatio S. Joannis Baptiſtæ.

De Menſe Septembris.

8. Nativitas B. M. V.
21. S. Matthæus.

De Menſe Octobris.

4. S. Franciſcus.
18. S. Lucas.
25. S. Miniatus cum uno præcedenti, & duobus ſequentibus.
28. S. Simon.

De Menſe Novembris.

1. Dies Omnium Sanctorum.
2. Dies Mortuorum.
4. S. Carolus.
11. S. Martinus.
21. Præſentatio B. M. V.
25. S. Catharina.
30. S. Andreas.

De Menſe Decembris.

5. Dies Erectionis Civitatis.
6. S. Nicolaus.
7. S. Ambroſius.
8. Conceptio B. M. V.
13. S. Lucia.
21. S. Thomas.
25. Nativitas Domini cum uno præcedenti per totam uſque Octavam.

Omnes Dies Dominicæ

Dies Jovis, qui dicitur il Berlingaccio uſque ad dies Cinerum.
Dies Cinerum de mane[1].
Paſcha Reſurrectionis cum tribus præcedentibus,& duobus ſequentibus.
Dies Rogationum de mane.
Dies Aſcenſionis Domini.
Dies Pentecoſtes cum uno præcedenti, & duobus ſubſequentibus.
Dies Corporis Chriſti.
Omnes dies Veneris de Menſe Martii.
Feriæ Meſſium à die 26. Julii uſque ad diem 10. Auguſti incluſivè.
Feriæ Vindemiarum à die 26. Septembris uſque ad diem 10. Octobris incluſivè.

CAP,

CAP. XXXXVIII.

De Examinatoribus Synodalibus

I. CUm juxtà Oraculum Malachiæ Prophetæ datum ſit labiis Sacerdotum, ut cuſtodiant ſcientiam, æquum eſt ad Animarum Curam unicè promoveri doctrina ſufficienter inſtructos. Quomodo enim aliorum ignorantiæ tenebras illuſtrare poterunt inſipientes, & ſcientiæ lumine deſtituti? Quamobrem meritò iniunctum eſt à Sacra Tridentina Synodo Examinatores aliquos inſtitui, qui Promovendos examinent, & virili fortitudine reiiciendo indignos, idoneos ſolùm ad cuſtodiendas Animas admittant.

II. Ii autem antequam munus ſuum exercere incipiant, in manibus Noſtris, vel Vicarii Generalis (quatenus id in actione Synodali non egerint) Juramentum præſtent, juxtà formulam inferiùs tradendam, de Officio ſuo fideliter exercendo. Vota propria in approbandis, vel reprobandis examinatis nemini pandant, nec etiam aliis Examinatoribus, qua de cauſa ſuffragia ſecretò dari jubemus. Abſtineant inſuper à directa, vel indirecta præmonitione eorum, quæ examinandis proponentur. Neque ratione examinis quidquam minimum, ante, vel poſt, etiam ſponte oblatum, accipiant, ſub pœnis graviſſimis arbitrio noſtro. Peracto autem examine nemini approbatos, vel reprobatos, vel ſuffragiorum favorabilium numerum revelent, aliaque obſervent, quæ à *Conc. Trid. ſeſſ.* 24 *de reform. cap.* 18. eis præſcripta ſunt. In experimentis non ſe præbeant rigidos, ſed gratos, & benignos, ne examen ſubituri ſeveritate deterriti, vel animo concidant, vel memoria langueſcant.

Forma autem Juramenti hæc erit.

Ego N. Examinatoris Officium, quod ſuſcepi, ſpondeo, & juro me ſincerè, & fideliter, quantum in me erit, executurum. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

Examinatores Synodales.

D. Julianus Franciſcus Bufalini Canonicus S. Mariæ ad Montes J. V. D. Prothonotarius Apoſtolicus, & Vicarius Generalis.

D. Franciſcus Bonaparte J. V. D. Cathedralis Eccleſiæ Præpoſitus.

D. Philippus Joſeph Roffia Eques D. Stephani. (
D. Laurentius Roffia. (
D. Joſeph Bonaparte J.V.D. (
D. Philippus Bonaparte. (
D. Bartholomæus Gucci. (
D. Benedictus Gucci. (
D. Thomas Anſaldi J. V. D. (*Canonici Ca-*
D. Laurentius Stefani. (*thedralis*
D. Bernardus Franchini J.V.D. (*Eccleſiæ.*
D. Angelus Portigiani. (
D. Nicolaus Rimbotti. (
D. Joannes Baptiſta Morali J.V.D. (
D. Joannes Carolus Roffia. (
D. Bartholomæus Speziali. (

D. Marcus Antonius Caſapieri J.V.D. Canonicus Eccleſiæ Primitialis Piſarum, & electus Canonicus in Terra Montis Toparii.

D. Aurelius Portigiani Eques D. Stephani, J.V.D., & Præpoſitus Eccleſiæ S. Martini.

D. Jacobus Philippus Roffia J.V.D, Parochus SS. Michaelis, & Stephani.

D. Joſeph Maffei Archipreſbyter Eccleſiæ Collegiatæ Sanctæ Mariæ ad Montes.

D. Julianus Bartoli dictæ Eccleſiæ Canonicus.

D. Joannes Dominicus Maria Ulivelli dictæ Eccleſiæ Canonicus.

D. Joannes Andreas Gabbiani J.V.D. Prothonotarius Apoſtolicus, Præpoſitus Eccleſiæ Collegiatæ Caſtri Franchi.

D. Garzia Bardotti Prior Eccleſiæ SS. Martini, & Barbaræ.

D.

Digitized by Google

D. Petrus Danti J.V.D. Canonicus dictæ Collegiatæ.

D. Andreas Danti Canonicus ibidem.

D. Antonius Lami Prior Ecclesiæ Collegiatæ S. Crucis.

D. Sebastianus Lami ibidem Canonicus.

D. Antonius Franciscus Bonazzi Prothonotarius Apostolicus, Plebanus Montis Toparii.

D. Antonius Maria Tondoli Plebanus Phocecchii.

D. Nicolaus Vincentius Fanciullacci Prior S. Mariæ de Quercu.

D. Jacobus Panicacci J.V.D.

D. Dominicus de Franchis Prothonotarius Apostolicus Præpositus Ecclesiæ S. Jacobi de Balconevisi.

D. Joannes Palmatius Nozzolini Plebanus Ecclesiæ de Monte Calvoli.

D. Philippus Maria Naldini Parochus S. Petri ad Fontes.

D. Abbas Jacobus Vanni de S. Miniate.

Regulares.
Ex Ordine Prædicatorum

P. L. Fr. Thomas Quaratesi.
P. L. Fr. Thomas Solari.
P. L. Fr. Hyacintus Talenti.
P. L. Fr. Albertus Salvi.
P. L. Fr. Amadeus Germano.
P. L. Fr. Antoninus Bacarelli.
P. L. Fr. Vincentius Maria Ricordo.
P. L. Fr. Thomas Angelus Corboli.
P. L. Fr. Seraphinus Maria Loddi.
P. Fr. Antoninus Dionigii.

Ex Ordine Eremitarum S. Augustini.

P. Magister Joannes Carolus Maria Lamberti.
P. Fr. Ægidius Franceschini.
P. Magister Stephanus Arrighi.
P. Magister Athanasius Sollueri.

P. Baccalaureus Lucas Bocciardi.
P. Baccalaureus Eugenius Vincenti.
P. Baccalaureus Dionyſius Piazza.

Ex Ordine Minorum Conventualium S. Franciſci.

P. Magiſter Joſeph Pardini.
P. Magiſter Joannes Chryſoſtomus Maſcalchi.
P. Magiſter Paulus Caſſiani.
P. Magiſter Ludovicus Sacconi.

Ex Ordine Servorum B. M. V,

P. Magiſter Julius Maria Giuliani.

Ex Ordine Minorum Obſervantium S. Franciſci.

P. Fr. Joannes Maria à S. Cruce Commiſſarius in Curia Romana.
P. Fr. Franciſcus Maria de Caſtro Franco Lector Jubilatus.
P. Fr. Thomas de Vallecchia.

CAP.

CAP. XXXXIX.

De Judicibus Synodalibus.

I. PRæcepit Sacroſancta Synodus Tridentina in quibuſcumque Diœceſanis Comitiis idoneos Viros in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutos, ſeu Cathedralis Eccleſiæ Canonicos deſignari in Judices Synodales, quibus non ſolùm per Ordinarios Locorum poſthac Cauſæ Eccleſiaſticæ, & Spirituales, & ad Forum Eccleſiaſticum quovis modo pertinentes, ſed etiam per Sanctam Sedem Apoſtolicam in partibus delegandæ committi poſſint. Cui quidem Decreto, ut decet, parere volentes infra notandos elegimus, quos Synodus approbavit. *ſeſſ. 25. de ref. c. 10.*

II. Illis autem injungimus, ut taxationem Curiæ Noſtræ Ipſi, & eorum Notarii obſervent; Cauſisque peractis, Proceſſus, & acta omnia in Cancellaria Noſtra conſervanda Curiæ NoſtræCancellario intra octo dies à Causarum expeditione fidelitèr conſignent.

Synodales Judices

Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D.D. Fr. Joannes Franciſcus Maria Poggi Epiſcopus S. Miniatis.

D. Julianus Franciſcus Bufalini Canonicus S. Mariæ ad Montes J.V.D. Prothonotarius Apoſtolicus, & Vicarius Generalis.

D. Franciſcus Bonaparte J.V.D. & Eccleſiæ Cathedralis Præpoſitus.

D. Joſeph Bonaparte J.V.D. & Eccleſiæ Cathedralis Canonicus.

D. Thomas Anſaldi J.V D. & Eccleſiæ Cathedralis Canonicus.

D. Bernardus Franchini J.V.D. & Eccleſiæ Cathedralis Canonicus.

D. Marcus Antonius Caſapieri J.V.D. Canonicus Primitialis Piſarum, & Canonicus electus Terræ Montis Toparii.

D. Joannes Andreas Gabbiani J.V.D Prothonotarius Apoſtolicus,& Eccleſiæ Collegiatæ de Caſtro Franco Præpoſitus

D.

D. Jacobus Ludovicus Roffia J.V.D.& Parochus SS. Michaelis, & Stephani

D. Antonius Dominicus Novelli Clericus de Caſtro Franco J.V.D.

CAP. L.

De reliquis Officialibus.

I. Sacros Præſules ſine Conſacerdotum ſuorum ope non poſſe formidoloſum,ac difficillimum Eccleſiarum ſuarum regimen ſuſtinere ipſa experientia apertiſſimè demonſtrat, & exempla paritèr comprobant. Nam Moyſes Divino monitu ſeptuaginta Viros Senes Populi elegit, quibus adiutoribus uſus innumeras multitudines facilè gubernavit; Et Apoſtolis ſuis Dominus ſeptuaginta Fidei Comites addidit, quorum auxilio Orbem Terrarum ſecundis prædicationibus impleverunt. Idcircò ad coadiuvandam imbecillitatem,& inſufficientiam Noſtram infra notandos Officiales elegimus.

Teſtes Synodales.

II. Ex veteri conſuetudine, & Sacri Concilii Trid. Decretis factum eſt, ut ſingulis quibuscumque Synodis Diœceſanis Viri aliquot eligerentur vita, & moribus probati, & Zelo Clericalis Diſciplinæ inſignes, qui diligenter advertant, nùm aliquid vel in Urbe, vel in Diœceſi corrigi, & emendari debeat, & ſi quid hujuſmodi cognoverint, id Nobis, vel Vicario Noſtro conferant. Quos autem huic muneri deſtinamus Nobis, & Vicario Noſtro tantùm cognitos eſſe volumus.

N. N.
N. N.
N. N.

RR. Plebani Omnes ex proprio munere.

Judices Conſervatores.

Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D.D. Fr. Joannes Franciſcus Maria Poggi Epiſcopus S. Miniatis

D.

D. Julianus Franciſcus Bufalini Canonicus S. Mariæ ad Montes J.V.D. Prothonotarius Apoſtolicus, & Vicarius Generalis.
D. Franciſcus Bonaparte J.V.D. & Eccleſiæ Cathedralis Præpoſitus.

III. Deputati ſuper impoſitione Fluminum.

D. Thomas Anſaldi J.V.D. & Canonicus Cathedralis Eccleſiæ.
D. Laurentius Stefani Canonicus Cathedralis Eccleſiæ.
D. Andreas Corſini J.V.D. & Prior S. Donati de Inſula.
D. Jacobus Lorenzini Plebanus de Ripoli.
D. Marcus Aurelius Scaramucci Canonicus S. Mariæ ad Montes
D. Dominicus Franchi Prothonotarius Apoſtolicus & Præpoſitus Balconeviſi.
D. Ildefonſus Maſini Prior Stibbii.
D. Dominicus Lami Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ S. Crucis.
D. Joannes Palmatius Nozzolini Plebanus Montis Calvuli.
D. Raphael Turi Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ Caſtri Franchi.
D. Alexander Frittelli Prothonotarius Apoſtolicus, & Abbas Eccleſiæ de Capannoli.
D. Antonius Donnini Prior de Villa Saletta.
D. Bartholomæus Montanelli de Phocecchio.

Regulares.

R. P. Prior S. Jacobi pro tempore.
R. P. Guardianus S. Franciſci de S. Miniate pro tempore.
R. P. Guardianus S. Franciſci de Phocecchio pro tempore.
R. P. Prior S. Catharinæ pro tempore
R. P. Prior SS. Annunciatæ pro tempore.

IV. Deputati pro Diſciplina Cleri in Synodo

D. Julianus Franciſcus Bufalini Canonicus S. Mariæ ad Montes I. V. D. Prothonotarius Apoſtolicus, & Vicarius Generalis.
D. Franciſcus Bonaparte J.V.D., & Eccleſiæ Cathedralis Præpoſitus.
D. Joannes Andreas Gabbiani J.V.D. Prothonotarius Apoſtolicus, & Præpoſitus de Caſtro Franco.
D. Antonius Maria Tondoli Plebanus de Phocecchio.

V. Deputati pro Doctrina Chriſtiana.

D. Laurentius Roffia Canonicus Cathedralis Eccleſiæ.
D. Laurentius Stefani Canonicus Cathedralis Eccleſiæ.
D. Jacobus Roffia J.V.D Parochus SS. Michaelis, & Stephani.
D. Philippus Maria Naldini Parochus S. Petri ad Fontes.
D. Raphael Sergianni Plebanus Palariæ.
D. Joannes Chieſi Plebanus S. Mariæ de Martù.
D. Jacobus Bocci Plebanus de Fauglia.
D. Franciſcus Riſtori Plebanus S. Gervaſii.
D. Dominicus Franchi Prothonotarius Apoſtolicus, & Præpoſitus Balconeviſi.
D. Chriſtianus Dani Parochus Roſiæ.
D. Jacobus Maria Balducci Parochus Uſigliani de Lari.
D. Benedictus Mercati Parochus de Moriolo.
D. Joannes Dominicus Lenzi Parochus Altipaſſus.
D. Gregorius Biagini Plebanus S. Ermetis.
D. Coſma Puntoni Parochus Caſcianæ.

Re-

VI. Reviſores Reſolutionum Caſuum Conſcientiæ.

D. Franciſcus Bonaparte I.V.D. & Præpoſitus Cathedralis Eccleſiæ
D. Bernardus Franchini I.V.D., & Eccleſiæ Cathedralis Canonicus.
D. Nicolaus Rimbotti Canonicus Cathedralis Eccleſiæ
D. Jacobus Uanni
R. P. Fr. Magiſter Joſeph Pardini Minor. Convent. S. Franciſci.
R. P. Fr. Magiſter Joannes Carolus Maria Lamberti Ordinis Eremitarum S. Auguſtini.
R. P. Fr. Lector Theologiæ moralis Seminarii pro tempore.

VII. Approbatores Cæremoniarum Sacrificii Miſſæ.

D. Antonius Donnini Prior de Villa Saletta.
D. Joannes Franciſcus Sacchetti noſtræ Cathedralis Sacriſta, & Capellanus.
D. Joannes Baptiſta Scala Cæremoniarum Magiſter Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. D. Epiſcopi.

VIII. Xenodochiarii, & Viſitatores Piorum Locorum.

D. Joſeph Philippus Roſſia Eques D. Stephani, & Eccleſiæ Cathedralis Canonicus.
D. Thomas Anſaldi I.V.D. & Canonicus Eccleſiæ Cathedralis.
D. Raphael Cardicigoli Parochus S. Laurentii de Nocicchio.
D. Joannes Franciſcus Sacchetti noſtræ Cathedralis Sacriſta.

CAP. LI.

De Conſtitutionibus Synodalibus.

I. CUm non ſit aliquid ille qui plantat, neque qui rigat (ut Apoſtolus admonet) ſed qui incrementum dat Deus, ideo de ejus miſericordia plurimùm confiſi, harum Conſtitutionum, quas Ipſo præeunte condidimus, obſervantiam humiliter imploramus, atque conſecuturos eſſe confidimus, maximè cum ſimus de Religione, atque Pietate dilectiſſimi Cleri noſtri optimè ſentientes. *1. Corinth. Cap. 3. 6.*

II. Imprimis autem Synodalia Decreta Prædeceſſorum noſtrorum venerantes, majori ex parte his Decretis noſtris inſerere ſtuduimus. Quare ad tollendam confuſionem, quæ ex Legum multitudine oriri ſolet, has noſtras Sanctiones præfatis Decretis ſubſtituimus, illaque in iis maximè, quæ Conſtitutionibus hiſce noſtris adverſantur, abrogamus, & nullius roboris eſſe volumus, & declaramus.

III. Cenſuris quoque ab iiſdem noſtris Anteceſſoribus quoquo modo evibratis omninò vim tollimus, illis tantummodò exceptis, quas & Nos in his Conſtitutionibus inſiximus.

IV. Eaſdem Conſtitutiones vim Legis habere, omnesque reſpectivè obligare decernimus poſt duos menſes ab illarum publicatione, quæ fiat per affixionem Decreti ad Valvas nedùm Eccleſiæ Cathedralis, ſed etiam Collegiatarum S. Mariæ ad Montes, Caſtri Franci, & S. Crucis, nec non Plebaniarum Phocecchii, Montis Toparii, atque Pontis Sacci. Hujuſmodi autem publicationem ita valere intendimus acſi præfatæ Conſtitutiones omnibus, & ſingulis perſonaliter intimatæ fuiſſent.

V. Verùm quia Lex (ut olim Moyſes præcepit Populo Iſrael) debet eſſe quaſi ſignum in manu, & quaſi monumentum ante oculos Subjectorum, ne quis horum Decretorum ſupinam, affectamque ignorantiam allegare poſſit, præcipimus, ut omnes, & ſinguli Parochi etiam Regulares, & quicumque alii quomodolibet Curam Animarum gerentes, intra menſem à publicatione earumdem Conſtitutionum computandum, eorum exemplar ſibi *Exod. 13. v. 9.*

comparent, & apud se retineant; Inobedientes aureo uno mulctabimus, & pœnam extendemus ad arbitrium, si in contumacia permanserint.

VI. Meminerint Regulares Parochi se teneri ad exactam harum Constitutionum observantiam, ad quam obstringuntur Parochi Sæculares.

VII. Pecuniæ, quæ retrahuntur ex pœnis inflictis, semper erogandæ erunt in pios usus, ad nostrum tamen arbitrium. Illarum autem certam partem in commodum, & utilitatem Delatoris, sivè publici, sivè secreti decernimus esse cessuram.

VIII. Ubi pro istorum Decretorum observantia certa, atque determinata pœna taxata est, illam diminuendi, & remittendi etiam, juxtà delictorum, & Delinquentium qualitatem, & facultatem Nobis Jus reservamus. Ubi verò de pœna mentio facta non fuerit, illam arbitratu nostro irrogabimus.

IX. Cœterùm, si quid dubii, vel difficultatis super his Constitutionibus forsan aliquando orietur, facultatem Nobis, imò & Successoribus nostris, reservamus illas interpretandi, nec non super iis dispensandi, derogandi, & moderandi, salva semper in omnibus suprema S. R. E. (quæ omnium mater, & magistra est) authoritate, cujus judicio omnia, & singula, quæ in hac nostra prima Synodo continentur, qua par est humilitate, & obedientia, emendanda, & corrigenda submittimus.

Trid. sess. 7. Can. 3. de Baptismo.

No-

Notarii Rogitus.

Supraſcriptæ Conſtitutiones Synodales in privatis Congregationibus ſedulò, & cum maturitate diſcuſſæ coram Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo D.D. F. Joanne Franciſco Maria Poggi Dei, & S. Sedis Apoſtolicæ gratia Epiſcopo S. Miniatis, præſente deinde Univerſo Diœceſis Clero in Eccleſia Cathedrali pro Comitiis Synodalibus legitimè, & ſervatis ſervandis congregato alta, & intelligibili voce lectæ fuerunt per D. Nicolaum Benedictum Roſſia Cancellarium Epiſcopalis Curiæ, & R. D. Nicolaum Vezzi Coadiutorem, eodem Clero approbante per verbum Placet, *Anno à Nativitate D. N. J. C. Milleſimo Septingenteſimo Septimo, Indictione Decima quinta, Pontificatus SS. in Chriſto P. & D. N. Clementis divina Providentia Papæ XI. anno ſeptimo, Diebus verò vigeſima, atque vigeſima prima menſis Junii, multis ibidem præſentibus, & audientibus, præcipuè autem RR. DD. Antonio Donnini, Joanne Franciſco Sacchetti, & Joanne Baptiſta Scala Caremoniarum Magiſtris teſtibus ſpecialiter vocatis, ad præmiſſa, atque rogatis &c.*

Petrus Franciſcus Strambi Cur. Epiſc. unus ex Cancell. & præſentis Synodi Notarius

FINIS.

215

PARS SECUNDA

CONTINENS INSTRUCTIONES, ADMONITIONES,

ET EDICTA;

Digitized by Google

IN HAC PARTE

Documenta plurima ſtatis Dominicis, Feſtiſque diebus indiſpenſabiliter promulganda, aliaque monita Parochis, & Confeſſariis ad eorum reſpectivè munus probè gerendum admodúm profutura continentur.

ISTRUZIONE

Da farsi nella Festa della Circoncisione del Signore; sopra il modo d'amministrar bene, e validamente il S. Battesimo in caso di necessità.

I. A S. Chiesa in questo giorno celebra la memoria di quando Giesù Redentor nostro bambino d'otto giorni fù circonciso. Questa Circoncisione fù comandata da Dio al Patriarca Abramo per luī, e per tutti i suoi discendenti della Nazione Ebrea.

Si faceva questa Circoncisione in una certa parte del Corpo di tutti i bambini Ebrei, e si faceva non col ferro, ma con una pietra affilata, e tagliente, onde ne seguiva un effusione grande di Sangue, e tal'ora la morte di que' teneri bambini. Pretese Dio di contrasegnare con questa Circoncisione il suo popolo Ebreo, come fedele, da tutte le altre nazioni idolatre, e infedeli. Era in oltre come una protesta, che tacitamente veniva a fare quel bambino della sua fede nel Messia, cioè in Giesù Cristo, che era per venire à liberare il Genere umano dalla Schiavitudine del peccato, e del Demonio, e finalmente era il rimedio al peccato Originale, perche quelli, che erano circonciſi restavano liberi da questo peccato, ma gli restava però l'ostacolo di poter entrare in Paradiso, perche questo era chiuso, e per il Decreto Divino non si poteva aprire che col Sangue preziosissimo di Giesù, il quale per anco non era venuto nel Mondo; tanto che quelli, che si circoncidevano, vivendo santamente, non andavano dopo morte all'Inferno, ma erano rattenuti nel Limbo privi di vedere, e godere Dio nel Paradiso.

II. Ora Giesù in questo giorno volse essere circonciso all' uso degl'altri bambini Ebrei, e fece pompa trà le altre di

due segnalatissime Virtù, cioè d'una profondissima Umiltà, volendo apparire peccatore, mentre non era, e dimostrò in oltre un ardentissima Carità verso noi, mentre per il nostro riscatto à pena nato cominciò à spargere il suo Sangue preziosissimo, riserbandosi di profondere tutto il resto al tempo della sua dolorosissima passione. Convien per tanto che gli siamo grati di questo eccessivo amore, che ci ha dimostrato, soggettandosi a questa dolorosa Circoncisione per nostro amore.

III. Cresciuto poi che fu Giesù nel dare al mondo la sua legge volse che fosse legge soave, e che fece? mutò, e abolì la Circoncisione, che era si dolorosa, e pericolosa, e in sua vece sostituì il Santo Battesimo, e là dove nella Circoncisione si spargeva il Sangue, nel Battesimo siamo solamente bagnati con poca Acqua, senza danno, e senza dolore.

IV. Ma notate in oltre, che il Santo Battesimo non solamente produce in noi tutti gl'effetti della Circoncisione, ma senza comparazione di più. La Circoncisione, come s'è detto, era un contrassegno de' Fedeli da gl' Infedeli, e il Battesimo ci fa distinguere da tutti quelli, che non sono Cristiani. Scancellava quella il peccato originale, e il Battesimo pur lo scancella, ma in oltre ci spalanca le porte del Paradiso, il che non faceva la Circoncisione, e però il Battesimo s'addimanda la Porta della Vita eterna, perche per mezzo di esso s'ha l'ingresso nel Cielo, nel quale non si può metter piede da chi non è battezzato.

V. Sappiate dunque che essendo il Battesimo il più necessario a riceversi, ha voluto il Signore, e la S. Chiesa che sia anco il più facile a conseguirsi, onde in caso di necessità ogn'uno è abile a battezzare, quando ben anche fosse qualche infedele, purche abbia intenzione di far quello che intende di fare col Battesimo la S. Chiesa. Devesi però avvertire, che si deve anco nel caso di necessità osservare ordine, cioè se vi si trovasse presente un Sacerdote, deve il tal caso battezzar egli, e non qualunque altro de' Secolari, così parimente se vi si trovasse alcun Chierico, deve preferirsi ad ogn'altro, che non sia tale. In oltre se vi sono Uomini non devono battezzare le Donne, quando però non si desse il caso, che

pur

pur troppo puol accadere, cioè che gl'Uomini non sapessero battezzare, e le Donne sì; perche in tal caso doverebbe battezzare la Donna, e non l'Uomo; e se non si osservasse quest'ordine il Battesimo sarebbe ben si amministrato validamente, cioè varrebbe per la salute eterna di quel bambino, ma non sarebbe amministrato lecitamente, cioè secondo il prescritto di S. Chiesa.

VI. S'è detto che così si può battezzare in caso di necessità, cioè quando una Creatura fosse à pena nata in pericolo di morire, perche altrimenti si deve portare alla Chiesa, nella quale per ordinario si deve amministrare il S. Battesimo dal proprio Parocho, o altro Sacerdote di sua commissione, e di giorno, e non altrimenti di notte, fuori che in caso di necessità, nel quale, come s'è detto, ogn'uno può battezzare, e in ogni luogo, e in ogni tempo.

VII. Ma che giova, che la S Chiesa, e piu precisamente il Signore à riguardo della salute eterna de' poveri bambini abbia voluto, che tutti possano dare il Battesimo, se poi non v'è chi sappia il modo vero, e valido di battezzare? Certo è, che se il Battesimo non è dato bene, cioè secondo le regole della S. Chiesa, non val niente, e però in questo giorno intendo d'istruir tutti, acciò dandosi la necessità ogn'uno sappia quel che devesi fare, e perche questa è cosa, che importa assaissimo, però attendetemi bene.

VIII. Per battezzare validamente ci vogliono trè cose, cioè la materia, la forma, e l'intenzione. Spieghiamole tutte.

La Materia è l'Acqua, perche con questa sola devesi battezzare; e deve essere Acqua naturale, e non artificiale, cioè fatta con arte, come l'Acquavite, Acquarosa, o altra Acqua simile estratta da fiori, ò erbe, perche queste Acque essendo artificiali non sono materia atta per ben battezzare, e chi le usasse, il Battesimo non varrebbe niente. Deve dunque essere Acqua naturale, o sia poi del pozzo, o della Cisterna, o d' un Fiume, ò d' una pozzanghera ancora poco rilieva. Se si potesse usare dell' Acqua benedetta, che si suole ritener nelle Case si doverebbe adoprare, ma non potendosi avere, ogn' altra Acqua naturale è sufficiente, o calda, o fredda che la si sia; e se bene la decenza vuole, che sia Acqua pulita, ad ogni modo in caso di gran necessità si può anco usare Acqua tanto ò quanto fangosa, purche sia tale che bagni.

IX. La forma sono queste parole precise, e però abbadate bene: *Io ti battezzo in nome del Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo*.

Con quella parola: *Io ti battezzo* s'esprime l'azione di battezzare, che intendete di fare; e coll'altre parole il mistero della SS. Trinità, cioè nel dire, *In nome*, l'Unità della divina Essenza, e nel dire il resto, la Trinità delle Divine Persone. Sicche venendo alla pratica. Se si desse il caso di necessità, per il quale vi conveniste battezzare una Creatura, che dovereste voi fare? Dovereste pigliare dell'Acqua o in un bicchiero, o in altro vaso simile, e versandola sul capo della Creatura dovereste dire: *Io ti battezzo*, e subito aggiungere quelle stesse parole che solete dire quando vi fate il segno della S. Croce, cioè *In nome del Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo;* ma avvertite di connettere le prime parole colle seconde, di modo che non vi ponghiate tempo di mezzo, ma doppo che abbiate detto: *Io ti battezzo*, subito dichiate: *in nome del Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo*.

X. Avvertite in oltre, che dovete proferire le parole suddette nel tempo stesso che versate l'Acqua sopra il Capo della Creatura, perche se facesti altrimenti non battezzeresti bene.

XI. In oltre quella medesima persona, che versa l'Acqua deve esser quella, che deve dire le parole, perche se una dicesse le parole, e una altra versasse l'Acqua, la Creatura non sarebbe battezzata.

XII. S'è detto che l'Acqua si deve versare sopra il Capo della Creatura, ma se per qualche accidente ciò non si potesse fare, basterà versarla sopra ogn'altra parte del Corpo della medesima Creatura, o sia un piede, o sia una mano, purche sia scoperta e nuda, e vi si possa gettar sopra l'acqua.

Non è necessario che l'Acqua sia in gran quantità, ma basta che sia tanta che bagni.

XIII. Se si dubitasse, che la Creatura fosse viva ò morta, in tal caso non si deve battezzare assolutamente, ma condizionatamente, e si deve dire così: *Se tu sei vivo io ti battezzo in nome del Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo*.

Avvertasi che non è necessario l'imporre alcun nome.

XIV.

XIV. Se accadeſſe, che la Creatura, che ſi deve battezzare foſſe un moſtro, ſi deve praticare quanto appreſſo cioè. Se non appariſſe alcuna ſembianza umana, in maniera che non ſi poteſſe ragionevolmente dire che foſſe bambino ò bambina per niuna parte, non ſi deve battezzare. Se aveſſe quattro braccia, quattro gambe, e anco due petti, ma un Capo ſolo, ſi deve battezzare per un ſolo, colle parole dette di ſopra: *Io ti batteggo in nome del Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo.* Avendo due Capi, ma un petto, e Corpo ſolo, ò due petti, e due corpi, ma poco ò niente diſtinti, ſi deve battezzare uno aſſolutamente colle parole ſopra dette, bagnando un Capo ſolo; E poi bagnando l' altro Capo ſi deve battezzare, ma condizionatamente, e dire così: *Se tu ſei capace di Batteſimo, e non ſei battezzato, io ti batteggo in nome del Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo.*

Quando però aveſſe due capi, e due petti, e corpi diſtinti, benche in qualche parte attaccati, e congiunti inſieme, ſi devono in tal caſo battezzare tutti due, ma ſeparatamente uno dall' altro, infondendo l' acqua ſopra di ciaſcheduno, e avvertendo ſempre di proferire le parole: *Io ti batteggo &c.* nel tempo medeſimo che ſi bagna coll' acqua.

Se però vi foſſe pericolo di morte, e ſi dubitaſſe di non poterli battezzare ſeparatamente, ſi potrebbero battezzare tutti due inſieme dicendo: *Io vi batteggo in nome del Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo;* ma in tal caſo deve ſtare avvertita quella perſona, che battezza di verſare l' Acqua ſopra la teſta di tutti due nel tempo medeſimo, che proferirà le dette parole.

XV. Quanto all' intenzione, baſterà che chi battezza abbia in animo, e intenda di fare quello, che intende la S. Madre Chieſa.

XVI. Iſtruzione a' RR. Parochi.

La forma certa per battezzare validamente è la deſcritta di ſopra, ò vero:

Io ti batteggo nel nome del Padre &c.

Le forme certamente invalide ſono:

Io ti batteggo nome del Padre &c.

Io ti batteggo ne' nomi del Padre &c.

Io

Io ti battezzo in nome di Gieſù &c.
Io ti battezzo in nome della Santiſſima Trinità.
Io ti battezzo Padre, Figliuolo, e Spirito Santo.

e ſimili.

Chi nel battezzare dopo le parole della forma valida aggiugneſſe il nome della Beatiſſima Vergine, o d' altro Santo, ſolamente per implorare il loro ajuto ſopra la Creatura, il Batteſimo ſarebbe valido, benche ciò non ſi deva praticare; non ſarebbe gia valido ſe aggiugneſſe tali nomi con ſentimento che detti Santi abbiano poteſtà, come la SS. Trinità, di ſcancellare il peccato Originale.

Forme Dubbie.

Io ti battezzo col nome del Padre &c.
Io ti battezzo al nome del Padre &c.
Io ti battezzo a nome del Padre &c.

ISTRUZIONE

Per l' oſſervanza delle Feſte nel giorno Sacroſanto dell' Epifania del Signore.

Si notificheranno al popolo le feſte mobili di tutto l'anno, e s' iſtruirà circa l'oſſervanza delle feſte.

I. LA Solennità, che oggi ſi celebra s'addimanda dalla S. Chieſa *Epifania*, che vuol dire apparizione, perche in queſto giorno Gieſù Criſto Signor noſtro apparve per la prima volta agl'Uomini, e fu conoſciuto nel Mondo per quel che egl'era, cioè per Figliuolo di Dio per mezzo de SS. Rè Magi, che vennero ad adorarlo, e lo manifeſtarono ad Erode, e a tutta la Giudea, onde noi dobbiamo in queſto giorno godere, che il noſtro benigniſſimo Redentore foſſe così glorificato, e in compagnia de' SS. Magi doviamo oggi con ſenſi di maggior divozione dell'ordinario adorarlo, onorarlo, e ſervirlo.

Preſcrive poi il Cerimoniale di S. Chieſa, che in queſto giorno ſi denunzino al popolo fedele le feſte mobili di tutto l'anno, cioè quelle feſte, che in un anno ſi celebrano in un tempo, e in un altro in diverſo, perche non hanno giorno fiſſo, e determinato, e ſono le appreſſo.

Qui ſi pubblichino le dette feſte ſecondo, che ſaranno eſpreſſe nell' Ordinario dell' Offizio Divino in ciaſchedun anno.

II. Ora dilettiſſimi tutte le feſte ſuddette, e tutte le altre che ſono di precetto in tutto l'anno ſi devono celebrare con una venerazione, e divozione ſomma non ſolo per dar gloria al Signore in qualche giorno della Settimana, già che negl'altri ſiamo diſtratti da lavori, ma anco per attendere al bene dell'Anima noſtra, mentre in tutti gl'altri giorni non feſtivi ſiamo applicati per il ſoſtentamento del Corpo.

III. Queſta oſſervanza delle feſte conſiſte in due coſe, cioè in non lavorare, nè fare opere mecaniche, o manuali, e in eſercitarſi in opere di divozione, e di pietà verſo Dio, e verſo i Santi, particolarmente in onore di quelli, de' quali ſi celebra la feſta.

IV.

IV. Quanto al non lavorare, acciò che tutti sappiano quello che ne' giorni festivi è lecito, o non è lecito di fare, lo spiegheremo adesso non solo per quiete delle Coscienze, ma anco per levare agl'esecutori il pretesto di fare storsioni, ò aggravj indebiti.

V. Quello dunque, che è proibito di fare nè giorni di festa (quali giorni cominciano dalla mezza notte precedente, e terminano alla mezza notte susseguente) è questo, cioè.

Il tenere aperte le Botteghe, Magazzini, e luoghi simili dove si tengono, e vendono le merci, e dove si suole lavorare, e molto piu vien proibito il far lavori, anco in tutti gl' altri luoghi privati, e nascosti, eccettuato il caso di precisa necessità, cioè di dover sostentare la propria vita, il che però non si deve fare a capriccio, ma con saputa, e consenso del Prelato, o del proprio Parocho.

Il congiungere i Bovi per farli lavorare.

Il caricare le merci in some da basto.

Il lavorar la Terra in qualsivoglia maniera.

Son proibiti i Mercati, e le Fiere ancora, eccettuate unicamente quelle che sono state introdotte da tempo considerabile, e coll' espressa licenza del Prelato, non gia le introdotte di poco tempo, e senza tal licenza, perche queste s'intendono espressamente proibite, come pure tutte le altre, che senza tal licenza s'introducessero.

In oltre i Contratti, o atti giudiciali in simil tempo reprovati.

Gl' esercizj che sogliono fare in pubblico i Ciarlatani, Cantimbanchi, Giocolatori, Ciurmatori, e simili.

Tutti i giochi di fortuna, cioè di Carte, Dadi, Biribissi, e simili, massime nelle piazze, e luoghi pubblici.

Gl'altri giochi, i quali di sua natura non sono proibiti, come Palla, Pallone, Pillotta e simili, si possono esercitare ne' giorni festivi, ma non in tempo delle Messe, e nell'ore de' Divini Offici, e mai avanti le Chiese, e presso i Monasterj, specialmente delle Monache, sotto le pene espresse ne' Decreti del Sinodo.

VI.

VI. Quello che si tollera ne' giorni di festa è l'appresso.

A' gl' Jusdicenti il poter dare il giuramento giudiciale per causa di pace, o per altra necessità, spedire gl'esami di que' testimonj giurati in giorno non festivo, pigliare informazioni, e querele, fare rilasci di Carcerati, far segueſtri di robbe ne' casi permessi per necessità.

A' Notaj il rogarsi de' Testamenti, o d'altro Contratto, che non si possa differire senza danno evidente.

A' Cerusici il cavar sangue, e fare ogn'altra operazione propria della loro arte per la Cura degl' Infermi.

Agli Speziali, a' Macellaj, e Pizzicagnoli a' quali secondo il prescritto nel Sinodo, toccherà per turno il tenere aperta la bottega, sarà lecito il vendere le loro merci, purche la bottega non stia aperta, come ne giorni feriali, ma solamente quanto basti per l'ingresso di chi vorrà comprare.

A' quei Bottegaj, che non hanno altro adito alle loro abitazioni, che per la porta della Bottega, non si vieta aprire detta porta, purche non stia aperta di continuo, o almeno non vendano merci, ne lavorino.

E' lecito agl' Osti, e venditori di Vino dare da mangiare, e spacciare il loro vino.

Parimente è lecito a' Contadini, Ortolani, e a ogn' altra persona portare, e vendere ne' mercati, e pubbliche piazze, e strade della Città, Terre, Castelli, e Villaggi, Vittovaglie d' ogni sorte per sostentamento delle persone: questo però si doverebbe sempre fare, quando si possa; dopo d' aver ascoltata la S. Messa, per non mettersi in pericolo di perderla.

A' Fornaj si concede di poter cuocere il pane quando ne' giorni avanti non se ne fosse potuto cuocere a bastanza per il pubblico, ma non per i particolari, e molto meno per cuocere vivande per i medesimi particolari.

A' Sarti che possano rendere i lavori fatti, ma non già farne de' nuovi, ne tam poco tagliare Abiti, e tengano la bottega serrata, o al più aperta à Sportello.

A' Calzolaj nella ſteſſa maniera di poter calzar le ſcarpe nuove già fatte, ma non di più.

A' Mareſcalchi di poter ferrare Cavalli, e ſimili beſtie, ma però ſenza lavorare nelle fucine, eccettuata qualche gran neceſſità, e a bottega aperta ſolamente a Sportello.

A' Mulinaj non ſi concede licenza generale, ma ſi concederà riconoſciuto che ſi ſarà il biſogno, eſſendo penuria di farina per ſcarſezza d'acqua ne Canali, o per altra giuſta cagione.

Nel tempo della mietitura, e della Vendemmia per poter raccorre i frutti della Terra acciò non periſcano ſi daranno da' Parochi le neccеſſarie licenze, ſecondo il preſcritto nel Sinodo nel Cap. *De Feſtorum cultu*; e però niuno ſi prenda licenza da ſe per non incorrere in peccato, e nella pena preſcritta nel Sinodo.

Per il paſcolo degl' Animali d' ogni ſorte ſarà lecito raccorre erbe dal Terreno, e foglie dagl' Alberi, quando non ſiaſi potuto ciò fare a baſtanza ne giorni antecedenti, intorno a che reſta incaricata la Coſcienza di ciaſcheduno.

Eccettuati i ſopra detti a niun altro ſarà lecito il vendere, e il lavorare, ne tampoco a' Barbieri non oſtante l' abuſo praticato fin quì, e ciò ſotto le pene preſcritte.

Non ſarà tampoco lecito diſtender ſu le piazze, ò in altri luoghi, e maſſime intorno alle Chieſe panni, armi, ferramenti, carte, e coſe ſimili, ne anco il portarle attorno per le ſtrade o della Città, o d'altri luoghi a vendere.

Generalmente agl' Artefici, e operaj in caſo di preciſa neceſſità ſi daranno le convenienti licenze ò dal Prelato, ò da' Parochi, quando non foſſe facile l' acceſſo al Prelato, con due condizioni, cioè che prima ſia conoſciuta la neceſſità, e che la licenza non s' intenda data perpetua, e generale, ma ſolamente ſecondo le ſingolari urgenze, e biſogni.

ne da quelle le riceva, cioè dalle particolari.

Non mandi raccomandazioni, non scriva, ne riceva lettere da veruna Monaca, se non fosse per mostrare subito al Vescovo.

Non impresti denari al Monastero, nè tampoco ne prenda in prestito da quello, almeno senza saputa, e licenza del Prelato.

Non compri a Monache particolari cos'alcuna, ne anco libri Spirituali senza saputa della Superiora.

Non accetterà denari per dir messe, o farle dire senza saputa della medesima Superiora.

Non darà a fare alle Monache alcuna cosa, che abbia da servire a uso proprio, ne da lavorare alcuna sorte di panni propri, ne da acconciarli.

Quando si faranno Ufizzi, ò altre funzioni sacre in Chiesa assisterà sempre in Cotta, ne si partirà fin tanto che gli altri sieno partiti.

Osservi che il Cherico nè prenda amicizie, nè s'intrighi in altro dal puro servizio della Chiesa.

Senza speciale licenza del Vescovo non entrerà in Clausura, e all'ora con Cotta, e Stola dovendo massime amministrar Sagramenti, e in tal caso osservi esattamente tutti gl'ordini su questo emanati dalla Sac. Congregatione.

Non toccherà mai le Inferme, se non in pericolo evidente di morte per poter amministrar l'estrema Unzione.

Nell'elezzione della Superiora, e Officiali si mostrerà indifferente, e non s'intrigherà se non quanto gli verrà imposto dal Vescovo.

Quanto all'educande faccia osservare rigorosamente gl'ordini della Cartella di Roma. Inoltre che vestano modestamente, senza gale, e ornamenti alla moda, e non conversino colle Monache mai a sola, e sola, ne anco colle Novizie.

Nel tempo del Confessore straordinario non s'accosti nè alla Chiesa, nè al Convento, ne anco per interessi temporali, e non spettanti alla Confessione Sagramentale senza espressa licenza del Prelato.

Iſtruzione

A' Confeſſori Straordinarj delle Monache.

PErche i Confeſſori Straordinari, che più volte l'anno ſi devono offerire, e dare alle Monache, alcune volte ſon dimandati dalle Monache per uno di queſti due titoli, cioè ò per curioſità, ò per malevoglienza al Confeſſore ordinario, perciò ſarà neceſſario, che quelli, che ſaranno eletti, uſino una ſingolar prudenza, e ſomma circoſpezione.

Prima di metterſi nell'impiego, doverà procurare d'intendere dal Prelato i biſogni più ſpeciali del Monaſtero quanto allo Spirituale per potere ſradicare gl'abuſi, e promuovere l'oſſervanza.

Se non averà talento per far diſcorſi ſpirituali alle Monache in comune ſe n'aſtenga affatto, ma le confeſſi, e a ſuo tempo le Communichi, e ſolamente colla Superiora, e ſua Vicaria paſſi gl'offici di pura convenienza.

Ricorderà alla Superiora l'obbligo, che hanno per la Coſtituzione Sinodale di preſentarſi tutte allo Straordinario, ſenza però aver debito di confeſſarſi, e queſto perche non ſi venga in cognizione di chi abbia biſogno ò nò del medeſimo Straordinario. A queſt'oggetto ſtia avvertita perche alcune vengono per la benedizione, e ſubito s'ingeguano di partire, onde ſarà bene trattenere tutte qualche poco diſcorrendo di qualche coſa ſpirituale, e giovevole alla lor' Anima.

Perche le Monache poſſano ſodisfarſi con maggior libertà, non ſi moſtri mai curioſo di ſapere, chi ſia quella che gli ſi preſenta, non interroghi mai del nome, anzi ſe vi foſſe nel Confeſſionario la nota delle Monache ſarebbe aſſai bene, che prima di cominciare a confeſſare la daſſe alla Madre Superiora, e che le Monache lo ſapeſſero.

Non ſi moſtri tam poco curioſo di ſapere le imperfezzioni d'una dall'altra, e baſterà che la Superiora l'informi in genere de' biſogni della Communità quanto allo Spirito, acciò poſſa rimediare.

Non ſi moſtri nè partiale, nè averſo al Confeſſore Ordinario, e ſentendo qualcoſa contro di lui procuri di ſcuſarlo con prudenza, e deſtrezza.

Non allargherà, ne ſtringerà quello, che ha ordinato il Confeſſore ordinario, ma quando ſcorgeſſe il biſogno doverà ricorrere al Veſcovo acciò provveda.

Quan-

Quando sentirà alcuna lamentarsi della Superiora, e sue ordinazioni, e che conoscesse per avventura, che avesse ragione, in tal caso senza accordarsi a dir male, difenderà la buona intenzione, e quando altro non possa, esalterà il voto dell'obbedienza.

Mentre ascolterà le Confessioni, s'astenga quanto mai può dal parlare colla Superiora, e molto più col Confessore ordinario, massime in modo che possa risaperssi dalle Monache.

Non interromperà il corso delle Confessioni, per ascoltare quelle, che una volta averà sentite, e se alcune vorranno far la Confessione generale, le sodisfacci, ma dopo finita la lista.

Non mostrerà impazienza nell' ascoltarle, ò tedio, ma le ajuterà con Carità a purificarsi la Coscienza procurando però sempre di farle sbrigare più presto, che sia possibile.

Non s'intrigherà nel fare accettar Monache, ne s'impegnerà di trattare col Superiore d' alcuna mal sodisfatta.

Essendo richiesto, come accade, di dire il suo parere intorno à qualche ordine del Superiore, starà sopra di se, e s' averà opinione differente, non la dimostrerà, ma ne parlerà al medesimo Superiore, e a lui ne lascierà il pensiero.

A' disordini d' importanza, quali potrà credere non siano per venire a notizia del Superiore, porgerà ogni possibile rimedio, e quelli che potrà rimettere al Superiore gli rimetta, ma lo faccia con giudizio.

Insista anche egli sopra l' osservanza de Sacri Voti, e specialmente sopra la S. Povertà, che suol esser il più negletto, tutto che sia di tanto rilievo.

S' ingegnerà di far conoscere l' obbligo dello stato Religioso, e di camminare alla perfezzione, alla quale non s' arriva se non per via di mortificazione, e staccamento da tutte le cose de Mondo; e singolarmente insista, che il Parlatorio è quello, che da il maggior impedimento.

Volendo fare qualche esortazione Spirituale al più ne faccia una, e con molta avvertenza.

Istruzione a' Parochi

Per distendere il Testamento d'un moribondo in assenza ò mancanza d'un pubblico Notajo.

IN Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejusdem .... Die .....Mensis .....

D. seu Honestus, & providus Vir NN. habitator Terræ, seu Oppidi, aut Communis ..... corpore agrotus, animo verò, menteque sanus, ne intestatus ab hac vita migraret in defectu pub. Notarii, me infrascriptum suum Parochum obnixè rogavit, ut Testamentum, & ultimæ suæ voluntatis manifestationem scribere vellem, quod & feci, ut infra, vernacula tamen lingua. &c.

Primieramente raccomandò l' Anima sua all' Onnipotente Dio, alla B. V. e a tutta la Curia Celeste, e volle che il suo Corpo, quando l' Anima ne sarà separata sia sepolto &c. Quì si esprima la Chiesa, di qual luogo, e con che accompagnamento, Messe, e Cera.

Item per ragione di legato lasciò all' opera di S. Maria del Fiore della Città di Firenze la solita ricognizione d' una mezza piastra di lire sette fiorentine.

Quì si seguiti à scrivere quello che il Testatore vorrà con chiarezza, e distinzione.

Doppo d'avere scritto tutte le volontà dell'Infermo nel modo, e forma che averà egli dettato, soggiugnerà.

E questa disse esser la sua ultima Volontà, che volse dover avere vigore se non per ragione di Testamento, almeno per ragione di Codicillo, ò di donazione inter vivos, e in ogni miglior modo, e forma, colla quale valer possono l' ultime volontà de Defunti.

Tanto ho scritto dentro la Casa .... alla presenza degl' infrascritti Testimonj specialmente chiamati. In fede di che io NN. Paroco della Chiesa di .... ho scritto di mia propria mano, e affermo esser tutto vero.

Quì avvertasi che almeno due testimoni si sottoscrivano se sapranno scrivere, e asseriscano d'esser stati presenti, e aver sentito tutto, e se non sapranno scrivere procuri che almeno ogn'un di loro faccia colla penna una Croce, e il Paroco di rimpetto à ciascheduna Croce scriva: *Croce di NN. Testimone.*

Subito poi che vi sarà commodità di Notajo pubblico deponga il Paroco in primo luogo d' aver tutto ciò scritto, e ne riconosco

noſca la mano, e depongano parimente i Teſtimoni d'aver ſentito dire quelle coſe dall'Infermo, e viſte ſcrivere dal Paroco, e ciaſcheduno d'eſſi riconoſca ò la ſua ſottoſcrizione, ò la ſua Croce, e di ciò ſe ne farà Rogito per maggior validità dell'atto.

Digitized by Google

LETTERA PASTORALE

Che i RR. Economi doveranno leggere almeno due volte il meſe, quando ſarà vacante una Chieſa Curata, il di cui Paroco deve eleggerſi dal popolo, e doverà leggerſi ne dì feſtivi inter Miſſarum ſolemnia ſotto le pene ad arbitrio.

FR. GIO. FRANCESCO MARIA POGGI

Per la grazia del Sig. Dio, e della S. Sede Apoſtolica Veſcovo di S. Miniato

A' diletti ſuoi figliuoli nel Sig. della Communità di N. *ſalute e paſtorale benedizione.*

LA vigilanza che doviamo avere ſopra l'amato Gregge, che la Divina Providenza ha raccomandato alla Cura noſtra richiede principalmente che ſiamo attenti, acciò le noſtre Chieſe reſtino provvedute di Sacri Paſtori dotti, eſemplari, e zelanti dell'onore di Dio, e della ſalute dell' Anime. Vacando per tanto coteſta Chieſa, e ſpettando a voi l' elezzione del nuovo Paroco, abbiamo ſtimato noſtro debito il ricordarvi quanto rilievi, e importi all' anime voſtre per l' acquiſto del Paradiſo il provvederla d'un buon Sacerdote, cioè a dire d'uno, che non ſi ſtanchi nelle fatiche, che non s'annoj, ne ſi perda nelle difficoltà, nè attenda al puro ſuo commodo, e lucro temporale, a guiſa d' un mercenario, a cui poco importa il bene delle pecorelle, ma come vero, e amoroſo paſtore, che ha il Gregge di ſuo, con Carità ſovvenga à biſognoſi, conforti gl' afflitti, cerchi la ſalute dè peccatori, promuova la divozione, e conduca colle parole, e coll' eſempio le Anime al Cielo.

Ricordatevi per tanto l' obbligo che avete d' eleggere il migliore, cioè il più dotto, il più eſemplare, il più Santo, e ciò

ſotto

ſotto pena della terribile indignazione dell' Onnipotente Dio, che come giuſto Giudice condannerà alle pene interminabili dell' Inferno tutti coloro, che eleggeranno il nuovo Curato con fini non Santi, cioè eleggeranno chi forse ſarà meno idoneo per far ſervizio, e piacere ad altri, e contro il dettame della propria coſcienza; e molto più condannerà chi deſſe il ſuo voto favorevole a chi direttamente, o indirettamente, cioè da ſe, ò per mezzo d' altri gli aveſſe promeſſo, ò dato a tal fine, denaro, Grano, Vino, ò altra coſa ſimile, e ſappia ogn' uno, che chi deſſe il ſuo voto per un motivo sì iniquo ſarebbe ſubito ſcommunicato, cioè privato de SS Sagramenti, della ſepoltura in Chieſa, e di poter converſare, e praticare co' gl' altri fedeli, oltre il graviſſimo peccato che commetterebbe, per il quale meriterebbe, che l' Anima ſua non aveſſe alcun bene da un Curato eletto sì iniquamente, reſtando ancor eſſo ſcommunicato, e privo di tal benefizio, anzi inabile a conſeguirne ogn' altro.

Dunque ogn'uno di voi rifletta bene à quel che penſa di fare, e ſe alcuno aveſſe fin ora avuto fini sì perverſi, gli ritratti, cioè gli deponga, e ſe ne renda in colpa, confeſſando il ſuo errore, e poi ſtabiliſca fermamente dentro di ſe di ſerrarſi le orecchie, e il cuore, à ogni promeſſa anco di coſe grandi, avvertendo che l'eſſer povero non ſcuſerà nè dal peccato, nè dalla ſcommunica, nè dagl'accennati gaſtighi chi faceſſe altrimenti, e però ogn'uno determini di dare il ſuo voto ſolamente à chi per relazione di perſone da bene, ò per propria ſcienza conoſcerà che ſia più atto à ben ſervire la Chieſa, e il ſuo popolo nell' amminiſtrazione de SS. Sagramenti, perche così facendo Iddio benedirà la ſua famiglia, e più ſpecialmente l'Anima ſua, e n'averà ogni bene in vita, e in morte, e dopo morte ancora in Paradiſo, come ardentemente deſideriamo, e con tutto lo ſpirito vi preghiamo dal Noſtro Signor Iddio.

13. 4. 37.

PARS TERTIA

CONTINENS

PONTIFICIAS CONSTITUTIONES

ET

SACRARUM CONGREGATIONUM

DECRETA

CONSTITUTIONES PONTIFICIÆ

NEC NON

SACRARUM CONGREGATIONUM DECRETA

De quibus mentio facta eſt in Conſtitutionibus Synodalibus.

Sommario della Bolla del B. Pio V. contro i Beſtemmiatori.

IL predetto Sommo Pontefice rinnovando la Coſtituzione di Leone Papa X. emanata nell' ultimo Concilio Lateranenſe, e d' altri Papi ſuoi Anteceſſori dichiara, che ciaſcheduno, che beſtemmierà Dio, Gieſu Criſto, e la Beatiſſima Vergine, oltre le pene arbitrarie incorra nota d' infamia, e ſia mandato in eſilio dalla ſua Patria, e ſe ſarà di vil condizione ſia poſto alla porta della Chieſa colle mani legate; e ſe più d' una volta averà beſtemmiato gli ſia forata la lingua, ſia fruſtato per la Città, e poi mandato in Galea. E il detto Sacro Concilio Lateranenſe concede dieci anni d' Indulgenza a chi denunzierà i beſtemmiatori, quali nella Confeſſione Sagramentale non potranno eſſer aſſoluti ſe non con graviſſima penitenza. Citat. in cap. de Fide.

DECRETUM

S. CONGREGATIONIS CONCILII

Circa Communionem quotidianam.

DE MANDATO

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

INNOCENTII PAPÆ XI.

EDITUM.

Citat. in Capit. de Sacr. Eucha.

CUm ad aures Sanctiſſimi D. N. fide dignorum teſtimonio pervenerit in quibuſdam Diœceſibus vigere uſum quotidianæ Communionis, etiam in feria ſexta Paraſceve, & ſimul affirmari eandem quotidianam Communionem præceptam eſſe à jure Divino, quin etiam in illius adminiſtratione aliquos abuſus inoleviſſe; videlicet quod aliqui, non in Eccleſia, ſed in privatis Oratoriis, & Domi, immo cubantes in lecto, & non laborantes ulla gravis infirmitatis nota ſumant Sacroſanctam Euchariſtiam, quam argentea theca incluſam in crumena, aut ſecretò illis deferunt Sacerdotes Sæculares, aut Regulares; aliique in Communione accipiant plures formas, ac particulas, vel grandiores ſolito, ac tandem quis confiteatur peccata venialia ſimplici Sacerdoti non approbato ab Epiſcopo, aut Ordinario. Cum autem hæc Sanctiſſimus conſideranda commiſerit S. Congregationi Cardinalium Concil. Tridentini Interpretum, eadem S. Congregatio, prævia matura diſcuſſione ſuper prædictis unanimi ſententia ita cenſuit: Etſi frequens, quotidianumve Sacroſanctæ Euchariſtiæ uſus à SS. Patribus fuerit ſemper in Eccleſia probatus; nunquam tamen, aut ſapiùs illam percipiendi, aut ab ea abſtinendi certos ſingulis menſibus, aut hebdomadis dies

quos

quos nec Concilium Tridentinum præſcripſit, ſed quaſi humanam infirmitatem ſecum reputaret, nihil præcipiens, quid cuperet tantùm indicavit, cum inquit: Optaret quidem Sacroſancta Synodus, ut in ſingulis Miſſis Fideles adſtantes Sacramentali Euchariſtiæ perceptione communicarent; *Idque non immeritò, multiplices enim ſunt, conſcientiarum receſſus, variæ ob negocia Spiritus alienationes, multa è contra gratiæ, & Dei dona parvulis conceſſa; quæ cum humanis oculis ſcrutari non poſſimus, nihil certè de cujuſque dignitate, atque integritate, & conſequenter de frequentiori, aut quotidiano vitalis panis eſu poteſt conſtitui. Et propterea quod ad negociatores ipſos attinet, frequens ad Sacram alimoniam percipiendam acceſſus, Confeſſariorum ſecreta cordis explorantium judicio eſt relinquendus, qui ex conſcientiarum puritate, & frequentiæ fructu, & ad pietatem proceſſu Laicis negociatoribus, & Conjugatis, quod proſpicient eorum ſaluti profuturum, id illis præſcribere debebunt. In conjugatis hoc amplius animadvertent, cum Beatus Apoſtolus nolit eos invicem fraudari, niſi forte ex conſenſu ad tempus, ut vacent orationi, eos ſeriò admoneant, tanto magis ob Sacratiſſimæ Euchariſtiæ reverentiam continentiæ vacandum, puriorique mente ad Cæleſtium Epularum Communionem eſſe conveniendum. In hoc igitur Paſtorum diligentia potiſſimum invigilabit, non ut à frequenti, aut quotidiana Sacræ Communionis ſumptione unica præcepti formula aliqui deterreantur, aut ſumendi dies generaliter conſtituantur, ſed magis quid ſingulis permittendum per ſe, aut Parocos, ſeù Confeſſarios ſibi decernendum putet; Illudque omninò provideat, ut nemo à Sacro Convivio, ſeù frequenter, ſeù quotidiè acceſſerit, repellatur; & nihilominus det operam, ut unuſquiſque dignè pro devotionis, & præparationis modò rariùs, aut crebriùs Dominici Corporis ſuavitatem deguſtet. Item Moniales quotidiè Sacram Communionem petentes admonendæ erunt, ut in diebus ex earum Ordinis inſtituto præſtitutis communicent; Siquæ verò puritate mentis eniteant, & fervore Spiritus, ita incalueriut, ut dignæ frequentiori, aut quotidiana Sanctiſſimi Sacramenti perceptione videri poſſint, id illis à ſuperioribus permittatur. Proderit etiam præter Parocorum, & Confeſſariorum diligentiam, opera quoque Concionatorum uti, & cum eis conſtitutum habere, ut cum Fideles ad Sanctiſſimi Sacramenti frequentiam [quod facere debent] accenderint, ſtatim de magna ad illud ſumendum præparatione orationem habeant*

beant, generatimque oſtendant eos, qui ad frequentiorem, aut quotidianam ſalutiferi cibi ſumptionem devoto ſtudio excitantur, debere, ſivè Laici negociatores ſint, ſivè conjugati, ſivè quicumque alii ſuam agnoſcere infirmitatem, ut dignitate Sacramenti, ac Divini Judicii formidine diſcant Cœleſtem Menſam, in qua Criſtus eſt, revereri; & ſi quando ſe minus paratos ſenſerint ab ea abſtinere, ſeque ad majorem præparationem accingere. Epiſcopi autem in quorum Diœceſibus viget hujuſmodi Devotio erga Sanctiſſimum Sacramentum, pro illa gratias Deo agant, eamque ipſi adhibito prudentiæ, & judicii temperamento alere debebunt, & ab eorum officio poſtulari ſibi maximè perſuadebunt, nulli labori, aut diligentiæ parcendum, ut omnis irreverentiæ, & ſcandali ſuſpicio in veri, & immaculati Agni perceptione tollatur, virtuteſque, ac dona in ſumentibus augeantur: Quod abundè continget ſi ii, qui devoto hujuſmodi ſtudio, divina præſtante gratia tenentur, ſeque Sacratiſſimo Pane frequentius refici cupiunt, ſuas vires expendere ſeque probare cum timore, & charitate aſſueverint: Quibus Chriſtum Dominum, qui ſe fidelibus manducandum, & ſe pretium in morte tradidit, atque in Cœleſti Regno ſe præmium eſt daturus, præcatur Sacra Congregatio, ut ſuam opem ad dignam præparationem, & ſumptionem largiatur: Porrò Epiſcopi, & Parochi, ſeù Confeſſarii redarguant aſſerentes, Communionem quotidianam eſſe de jure Divino, doceant in Eccleſiis, ſeu Oratoriis privatis, ex diſpenſatione, ſeù Privilegio Pontificis de manu Sacerdotis ſumendam Sanctiſſimam Euchariſtiam, nec eam ullo modo deferendam in crumena, aut ſecretò ad exiſtentes Domi, vel cubantes in lecto, quàm ad infirmos, qui ad illam ſuſcipiendam ad loca prædicta accedere non valeant, & ad eos, ſi ab Eccleſia deferatur, publicè, & cum pompa juxta formam Ritualis Romani; ſi verò ab Oratorio privilegiato, cum forma decenti. Curent etiam, ut circa Communionem in feria ſexta Paraſceve, Miſſalis Rubricæ, & Eccleſiæ Romanæ uſus ſerventur; Inſuper admoneant, nulli tradendas plures Euchariſtiæ formas, ſeù particulas, neque grandiores, ſed conſuetas. Non permittant, ut venialium Confeſſio fiat ſimplici Sacerdoti non approbato ab Epiſcopo, aut Ordinario. Si Parochi, & Confeſſarii, etiam Regulares, aut quicumque alii Sacerdotes ſecus egerint, ſciant Deo Optimo Maximo rationem reddituros eſſe, neque defuturam Epiſcoporum, & Ordinariorum juſtam, ac rigoroſam animadverſionem in contrafacientes, etiam Regulares, etiam Societatis Jeſu, facul-

cultate ipſis Epiſcopis, & Ordinariis per hoc Decretum per Sedem Apoſtolicam ſpecialiter attributa.

Et facta de præmiſſis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione, Sanctitas Sua approbavit, ac præſens Decretum typis dari, ac publicari voluit. In quorum &c.

Datum Romæ 12. Februarii 1679.

F. Card. Columna Præf.

S. Archiep. Brancaccius Epiſc. Viterbien. Secr.

Die menſis 15. Februarii 1679. ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit per Urbem ad Valvas Curiæ, & in acie Campi Floræ, ut moris eſt, per me Ægidium Felicem SS. D. N. PP. Curſorem. Pro D. Magiſtro Curſorum Gregorius Staggius Apoſt. Curſor.

BULLA INNOCENTII PAPÆ XII.

De Celebratione Missarum

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Cit. in cap. de Sacrif. Missæ.

NUpèr à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum prodierunt Decreta tenoris infrascripti, videlicet.

Aliàs super celebratione Missarum, ac prohibitione illas moderandi, seù reducendi absque Sedis Apostolicæ licentia, nec non super earundem oneribus perpetuis suscipiendis, & Religiosorum numero ultra redditus, & consuetas eleemosynas locorum Regularium non habendo emanarunt ab hac Sacra Congregatione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum auctoritate per felicis recordationis Urbanum Papum VIII. illi specialiter attributa, quamplura Decreta tenoris sequentis.

Cum sæpè contingat in quibusdam Ecclesiis tam magnum Missarum celebrandarum numerum, ex variis D. functorum relictis, aut piorum eleemosynis impositum esse, ut illis pro singulis diebus præscriptis nequeat satisfieri, & tamen nova onera Missarum in dies suscipiantur; indeque fiat, ut depereant piæ Testantium voluntates, obstricta Benefactoribus fides violetur, Defunctorum animæ suffragiis priventur, Ecclesiis debitus subtrahatur cultus, ac Christi fideles gravi scandalo affecti, plerumque à similibus charitatis operibus retrahantur: Cumque his malis maximum inter cætera fomentum præbeat, aut quod ii, qui Missas supra vires celebrandas suscipiunt, sperent illas brevi ad pauciorem numerum a Superioribus reductum iri; aut quod Ecclesiis sorte pecuniarum absumpta, plerumque nuda remaneant onera Missarum, absque ullo emolumento, aut quòd eleemosyna pro illis celebrandis sit adeò tenuis, ut non facile inveniantur, qui velint huic se muneri subijcere, & redditus Ecclesiæ, aut Monasterii adeo exigui, ut Sacerdos pro necessaria sua substentatione novis se oneribus obstringere compellatur. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii

lii Tridentini Interpretum animadvertens, facturam ſe rem Deo gratiſſimam, charitatique, ac Juſtitiæ maximè conſentaneam, ſi pro viribus ſatagat hunc teterrimum abuſum à Chriſtiana Republica convellere, atque eradicare Sanctiſſimi Domini Noſtri Urbani Divina providentia Papæ VIII. auctoritate ſibi ſpecialiter attributa, infraſcripta Decreta edidit.

Ac primo diſtrictè probibet, atque interdicit, ne Epiſcopi in Diœceſano Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel aliàs quoquomodo reducant onera ulla Miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis, ſed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apoſtolicam Sedem recurratur, quæ, re diligenter perſpecta, id ſtatuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur: alioquin reductiones, moderationes, & commutationes hujuſmodi, ſi quas contra hujus probibitionis formam fieri contigerit, omnimò nullas, atque inanes decernit.

Deinde ubi pro pluribis Miſſis, etiam ejuſdem qualitatis celebrandis, ſtipendia quantumcumque incongrua, & exigua ſivè ab una ſivè à pluribus perſonis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Eccleſiis, Capitulis, Collegiis, Hoſpitalibus, Societatibus Monaſteriis, Conventibus, Congregationibus, Domibus, ac Locis Piis quibuſcumque, tam Sæcularibus, quam Regularibus; Sacra Congregatio ſub obteſtatione Divini Judicii mandat, ac præcipit, ut abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint, itaut alioquin ii, ad quos pertinet, ſuæ obligationi non ſatisfaciant; quinimmo graviter peccent, & ad reſtitutionem teneantur.

Id verò, ut deinceps obſervetur exactiùs, Sacra Congregatio eadem auctoritate revocat Privilegia, & indulta omnia quibuſvis perſonis, Eccleſiis, ac locis Piis tam Sæcularibus, quam Regularibus cujuſcumque Ordinis, & Congregationis, & Inſtituti, quamcumque ob cauſam conceſſa, quibus indulgetur, ut certarum Miſſarum, vel Anniverſariorum celebratione, aut aliquibus Collectis, ſeu Orationibus plurium Miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat. Ac ſimiliter omne damnabile lucrum ab Eccleſia removere volens, probibet Sacerdoti, qui Miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleemoſyna, ne eamdem Miſſam alteri, parte ejuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committat.

Præterea, ne in Ecclesiis, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt Sacerdotes in eis, ut par est, adimplendis eo tepidiores, ac segniores reddantur, quod onera hujusmodi cum nulla, aut parva sint utilitate conjuncta; statuit, atque decernit, ut pecuniæ, ac bona mobilia Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasteriis, Conventibus, ac locis omnibus, tam Sæcularibus, quam Regularibus atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum ab iis, ad quos pertinet sub pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda à die realis acquisitionis, statim deponi debeant penès Ædem Sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam ad effectum illa, seù illorum prætium quàm primùm investiendi in bonis immobilibus fructiferis cum expressa, & individua mentione oneris, quod illis annexum reperitur.

Ac si eadem bona immobilia auctoritate Apostolica deinceps alienari contigerit, eorundem prætium, sub eadem pœna, ut suprà, deponi, atque in aliis bonis stabilibus itidem fructiferis cum ejusdem oneris repetitione, atque annexione converti debeat.

Ad hæc Sacra Congregatio quibusvis Capitulis, Collegiis, Societatibus, & Congregationibus, nec non omnibus, & singulis, Ecclesiarum, ac piorum Locorum tam Sæcularium, quàm Regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet, districtè prohibet, ne imposterum onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum, Sæculares quidem sine Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii: Regulares verò sine Generalis, vel Provincialis consensu, & licentia inscriptis, & gratis concedenda; alioquin Sæcularis, qui hujus prohibitionis transgressor extiterit, ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eo ipso: Regularis verò pœnam privationis omnium Officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cæterò obtinenda, vocisque activæ, & passivæ, absque alia declaratione incurrat.

Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandit ita demum iidem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, nova quoque onera suscipere valeant alioquin omninò abstineant ab hujusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis in futurum recipiendis, & capsulas auferant ab Ecclesiis cum inscriptio-

ne

ne illa : Eleemosyna pro Missis, *vel alia simili, sub iisdem pœnis ipso facto incurrendis, ne Fideles hac ratione frustrentur.*

Episcopus verò, seù ejus Vicarius, aut Generalis, vel Provincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, in singulis casibus diligenter inquirant, de singulis Missarum celebrandarum obligationibus, cuique Ecclesiæ, Monasterio, aut Loco pio incumbentibus, nec antea assensum hujusmodi, aut licentiam præbeant, quàm eis legitimè constiterit, illius Sacerdotes tam novo oneri suscipiendo, quàm antiquis jam susceptis satisfacere posse, præcipuamque rationem habeant, ut redditus, qui Ecclesiis, & Locis piis relinquuntur omninò respondeant oneribus adjunctis secundùm morem cujusque Civitatis, vel Provinciæ, intelligantque, si in re tanti momenti desides, aut negligentes fuerint, in novissimo die se hujus prætermissi muneris rationem esse reddituros.

Postremò Illustrissimi Patres non sine gravi animi dolore intelligentes, mala ferè omnia, quæ Regularem disciplinam evertunt, ac præcipuè nimiam hanc facilitatem fovent, in oneribus Missarum supra vires suscipiendis, veluti ex infecta radice pullulare ex majori Regularium numero quam ferant redditus, & eleemosynæ cujusque Monasterii; inherentes Summorum Pontificum, ac Sacri Tridentini Concilii Decretis hac de re editis, Sanctissimi Domini Nostri auctoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & singulis Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicariis, & quibuscumque aliis Superioribus Monasteriorum, Conventuum, ac Domorum Regularium, bona immobilia possidentium, vel non possidentium, cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti existentium intra fines Italiæ, & Insularum adiacentium, ut singuli, ad quos pertinet in qualibet Provincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus sui Ordinis, vel Congregationis probatioribus, & rerum usu peritioribus, bona immmobilia, census, redditus, & proventus omnes, consuetas item eleemosynas, & obventiones, tam communes Monasteriorum, Conventuum, & Domorum ejusdem Provinciæ, quam etiam singularibus personis Religiosis assignatas, seù permissas in communem usum deinceps conferendas, decem annorum immediatè præcedentium habita ratione diligenter, & maturè recognoscant, iis omnibus detractis, qua re-

parationes, præstationes, grandines, sterilitates, aliave cujuslibet generis onera consuevernnt absorbere.

Eaque omnia scripto fideliter exarata, idem Superior, cujus interest, in proximo Capitulo, seù Congregatione generali, vel Provinciali coram tribus Judicibus ab ipsomet Capitulo, seù Congregatione deligendis proponat, qui computatis hujusmodi redditibus, eleemosynis, & obventionibus universis, & oneribus, ut supra detractis sedulò examinent, quot Religiosi homines connumeratis etiam laicis, aliisque necessariis servientibus in unoquoque Monasterio, Conventu, & Domo regulari juxta Regionis, & proprii instituti morem, victum, & vestitum, & medicinalia in communi habentes, competenter valeant sustentari. Tum eorundem bonorum, redditnum, eleemosynarum, & onerum præcisam notam ipsimet Capitulo, seù Congregationi exibeant, ut in illo diligenter omnibus discussis, cujusque Familiæ, Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis in singula quaque Provincia certus earum tantum personarum numerus Patrum capitularium voto præfigatur, quæ redditibus, eleemosynis, & obventionibus, ut superiùs sufficienter ali possint.

Ne verò Superiores, qui id præstare debent, seriùs, aut remissiùs quàm par est, suo muneri satisfaciant; Mandat Sacra Congregatio, ut infra annum, post proximum Capitulum generale, vel provinciale computandum, omnia hoc de genere capitulariter gesta, in authenticam formam redacta, ad Sacram ipsam Congregationem Concilii singuli mittant.

Numerumque Familiæ, singulorumque Conventuum, Monasteriorum, & Domorum hujusmodi Regularium, Capituli, seù Congregationis generalis, vel provincialis sententia, & authoritate præfinitum, iidem Superiores, tam Generales, & Provinciales omnes, quàm Locales perpetuò servare omninò teneantur, nec possint illum quoquomodo augere, etiam prætextu augmenti redditnum absque Sacra ipsius Congregationis licentia, superiores autem hujusmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præstiterint, vel numerum, ut supra præscriptum, quovis modo augere præsumpserint, privationis omnium Officiorum quæ tunc temporis obtinebant, vocisque activæ, ac passivæ, & ad omnia suæ Religionis Officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipso incurrere, atque aliis etiam gravioribus à Sede Apostolica infligendis pœnis Sacra Congregatio subiacere voluit, & declaravit.

Dein-

Deinceps verò Monaſterium, Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas Religioſorum, ſeu Regularium nullibi recipiatur, niſi præter alia ad id requiſita in ſingulis hujuſmodi locis duodecim ſaltem Fratres, aut Monaci, ſeu Religioſi degere, & ex redditibus, & ex conſuetis eleemoſynis detractis omnibus, ut ſupra detrahendis, competenter ſuſtentari valeant ad præſcriptum Decreti felicis recordationis Gregorii XV. hac de re editi; alioquin Monaſteria, & loca hujuſmodi poſthac recipienda, in quibus duodecim Religioſi, ut ſupra ſuſtentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitaverint Ordinarii loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ juriſdictioni ſubiecta eſſe intelligantur.

Porrò, ne ullo unquam tempore hæc in oblivionem, ſeù deſuetudinem abeant, Superiores locales cujuſque Monaſterii, Conventus, ac Domus Regularis curare, atque efficere teneantur ſub pœna privationis officii, vociſque activæ, & paſſivæ ipſo facto incurrenda, ut in perpetuum, ſexto quoque menſe, ideſt feria ſecunda poſt primam Dominicam Adventus, & feria ſexta poſt octavam Corporis Chriſti, præſentes ordinationes in publica menſa perlegantur.

Omnibus tam Eccleſiaſticis perſonis cujuſcumque ſint Ordinis, conditionis, & gradus, quam Laicis quocumque honore, & poteſtate præditis præſentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitùs interdicta.

Non obſtantibus, quoad ſupraſcripta omnia, & ſingula in præſentibus Decretis contenta, Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis in favorem quarumcumque perſonarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, ac cujuslibet alterius Inſtituti, etiam neceſſariò, & in individuo exprimendi Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hoſpitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque tàm Secularium, quàm Regularium Locorum, nec non illorum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Mari magno, ſeù Bulla aurea, aut alias nuncupatis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus Decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ

poteſta-

poteſtatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis ſpecialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autẽ per clauſulas generales mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habens, quibus quoad ea, quæ præſentibus adverſantur, illis alias in ſuo robore permanſuris, Sacra Congregatio Sanctitatis ſuæ auctoritate ſpecialiter, & expreſsè derogat, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Et ne præmiſſorum ignorantia a quoquam prætendi poſſit, voluit eadem Sacra Congregatio, ut præſentes ordinationes in valvis Baſilicarum Sancti Joannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Urbe, ac in Acie Campi Floræ, ut moris eſt, affixæ omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant, ac ſi unicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Utque earundem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, veloſtenſæ. Datum Romæ die 21. Junii 1625

Coſmus Cardinalis de Torres.

Proſper Fagnanus Sacræ Congregationis Sec.

Excitatis autem ſuper præmiſſorum Decretorum intelligentia, ſeu interpretatione infraſcriptis dubiis, prodierunt à memorata Congregatione ſimili auctoritate illi à Præfato Urbano Papa Octavo ſpecialiter attributa reſponſiones, ſeu declarationes inferius apponendæ.

Super primo Sacræ Congregationis Decreto de celebratione Miſſarum, quo prohibetur, ne Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel alias quoquomodo, reducant onera ulla Miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis.

Quæritur, quid ſi legatum ſit ita tenue, ut non ſit, qui velit onus illi injunctum ſubire, & ſi recurrendum ſit ad Sedem Apoſtolicam pro

modera-

moderatione oneris, totum, aut ferè totum insumendum sit pro expensis ad id necessariis?

Et quid, si permittatur Episcopo in fundatione, ut possit hujusmodi onera moderari?

Secundo, super secundo ejusdem Congregationis Decreto, quo cavetur, ut celebrentur tot Missæ, quot ad rationem tributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint.

Quæritur an verba illa (præscriptæ fuerint) *intelligenda sint de præscriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario?*

Tertiò, an cum Ordinarius præscripserit eleemosynam congruam juxta qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo, teneantur Missas illis ab offerente præscriptas celebrare?

Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seù Cappellæ, Legati, aut salarii, possint etiam manualem eleemosynam pro Missis votivis, aut defunctorum recipere, & unico Missæ sacrificio utrique oneri satisfacere?

Quintò, posito, quod Testator relinquat, ut celebrentur pro ejus anima centum Missæ absque ulla præscriptione eleemosynæ.

Quæritur, an liberum sit hæredibus eleemosynam sibi bene visam præscribere, an verò eadem eleemosyna præscribenda sit ab Ordinario?

Sextò super tertio Congregationis Decreto, in quo eadem Congregatio revocat privilegia, quibus indulgetur; ut certarum Missarum, vel anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Quæritur, an verba (in futurum suscipiendis) *intelligenda sint de oneribus suscipiendis post privilegium?*

Septimo, super quarto ejusdem Congregationis Decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui suscepit Missam celebrandam cum certa eleemosyna, ne eandem Missam alteri parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

Quæritur, an permittendum sit administratoribus Ecclesiarum, ut retineant aliquam eleemosynarum portionem, pro expensis manutentionis Ecclesiæ, Altarium, inservientium, paramentorum, luminum, vini, hostiæ, & similium?

Octavò, an hoc Decretum habeat locum in Beneficiis, quæ conferuntur in titulum, ideſt, an Rector Beneficii, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium, ad rationem reddituum Beneficii?

Decimò

Decimò, an Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemoſyna, major ſolita pro celebratione Miſſæ, debeant dare eandem integram eleemoſynam iis, quibus Miſſas celebrandas committunt; an verò ſatis ſit, ut dent celebrantibus eleemoſynam conſuetam?

Undecimò, ſuper quinto ejuſdem Congregationis Decreto, quo inter cætera ſtatuitur in hæc verba [eleemoſynas vero manuales, & quotidianas pro Miſſis celebrandis] *ita demum iidem accipere poſſint, ſi oneribus anteà impoſitis ita ſatisfecerint, ut nova quoque onera, obire valeant; alioquin omninò abſtineant ab hujuſmodi eleemoſynis etiam ſponte oblatis in futurum recipiendis, & capſulas auferant &c.*

Quæritur, an hoc decretum prohibeat abſolutè, quominùs accipiant novas eleemoſynas ii, qui acceptis non ſatisfecerunt, & quid ſi congruo tempore poſſint omnibus ſatisfacere?

Duodecimo, quid, ſi offerens eleemoſynas audito impedimento conſentiat, ut Sacerdos miſſam celebret, cum primùm poterit?

Decimo tertio, an pœnas interdicti, & alia appoſita in eodem Decreto afficiant tam eos, qui accipiunt eleemoſynas contra formam ibi præſcriptam, quam eos, qui non auferunt capſulas ab Eccleſiis, ut ibidem præcipitur?

Decimoquarto, an in hoc Decreto comprehendantur illæ capſulæ, quæ apponi ſolent in Eccleſiis in die commemorationis omnium Sanctorum, & vulgo dicuntur (Caſſe de Morti ?)

Decimoquinto, an Adminiſtratores Eccleſiæ magnæ devotionis, & concurſus poſſint eleemoſynas pro Miſſis celebrandis accipere, ſi iisdem Miſſis, non niſi poſt longum tempus ſatisfacere valeant, ne aliàs cultus Eccleſiæ, & devotio, ac concurſus fidelium, ut ajunt, minuantur?

Decimoſexto, quia prohibitio dicti Decreti videtur aliquibus directa ſolis Capitulis, Collegiis, Societatibus, Congregationibus, nec non omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, & Piorum locorum, tàm Sæcularium, quàm Regularium Superioribus, de quibus fit expreſſa mentio, non autem privatis Sacerdotibus, quo tamen comprehendi videntur ſub clauſula generali (& aliis ad quos pertinet) *ſupplicatur pro opportuna declaratione.*

Decimoſeptimo, ſuper ſeptimo ejuſdem Sacræ Congregationis Decreto, quo cavetur, ut in ſingulis Monaſteriis Religioſorum præfigatur numerus, qui ex conſuetis redditibus, aut eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari.

Quæritur, an ubi hæc præfixio facta jam fuit in vim ſimilis De-

cre-

creti ſanctæ memoriæ Pauli V. abſque tamen computatione reddituum cujuſque Religioſi, ſit dennò facienda nec ne?

Decimo octavo, an Novitii, ad habitum Regularem admiſſi, poſſint admitti ad profeſſionem in monaſteriis, in quibus habita, ut ſupra, præfixione numeri, commodè ali non poſſunt?

Decimo nono, ſuper ultimo, quo cavetur, ut nullibi recipiantur Conventus Regularium, niſi præter alia ad id requiſita, duodecim ſaltem Fratres in eis degere, & competenter ſuſtentari valeant, ita ut alioquin ſubſint juriſdictioni ordinariæ.

Quæritur an hoc Decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Miſſarum, comprehendat eas Religiones, quæ non conſueverunt onera Miſſarum recipere, ut ſunt Religiones Cappuccinorum, ac Societatis Jeſu?

Ultimo, an idem Decretum ubi diſponit, ut nullibi recipiantur Monaſteria niſi &c habeat locum in Italia dumtaxat, ad quam eſt reſtrictum Decretum proximè antecedens, an vero extra Italiam.

Declarationes, ſeù reſponſiones ad ſupradicta dubia.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, auctoritate ſibi à Sanctiſſimo Domino Noſtro attributa, ad ſingula Dubia ſuperiùs propoſita ad hunc modum reſpondit, videlicet.

Ad primum etſi legatum ſit adeò tenue, nihilominùs pro reductione oneris, ut ſupra impoſiti, ab iis, ad quos pertinet, Sedem Apoſtolicam eſſe adeundam, quæ abſque ullo impenſa id ſtatuet, quod magis in Domino è re eſſe judicaverit: verumtamen ſi in ipſa Beneficii erectione expreſsè cautum fuerit, ut liceat Epiſcopo injunctum onus reducere, ac moderari legem hanc fundationis, quam Decreta hac de re edita non ſuſtulerunt, eſſe validam, & obſervandam.

Ad ſecundum, eſſe intelligenda de præſcriptione facta ab eo, qui eleemoſynam tribuit, non autem ab Ordinario; quod ſi tribuens eleemoſynam numerum Miſſarum celebrandarum non præſcripſerit, tunc tot Miſſas celebrari debere, quot præſcripſerit Ordinarius ſecundum morem Civitatis, vel Provinciæ.

Ad tertium, teneri.

Ad quartum, Sacerdotes quibus diebus teneantur Miſſas celebrare

ratione Beneficii, seù Capellæ, legati, aut salarii, si eleemosynas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa utrique obligationi satisfacere.

Ad Quintum, censuit, ubi nullam certam eleemosynam Testator reliquit, esse ab Episcopo præscribendam eleemosynam congruam, quæ respondeat oneribus Missarum celebrandarum, secundum mores Civitatis vel Provinciæ.

Ad sextum, ita esse intelligenda.

Ad septimum, respondit, permittendum non esse, ut Ecclesiæ, ac Loca Pia, seu illorum administratores, ex eleemosynis Missarum celebrandarum ullam, utcumque minimam portionem retineant ratione expensarum, quas subeunt in Missarum celebratione, nisi cum Ecclesiæ, ac Loca Pia alios non habent reditus, quos in usum earundem expensarum erogare licitè possint, & tunc quam portionem retinebunt nullatenùs debere excedere valorem expensarum, quæ pro ipsomet tantum Missa Sacrificio necessariò sunt subeunda, & nihilominus eo etiam casu curandum esse, ut ex pecuniis, quæ supersunt, expensis ut supra deductis, absolutè tot Missæ celebrentur, quot præscriptæ fuerint ab offerentibus eleemosynas.

Ad Octavum, non habere locum; sed satis esse, ut Rector Beneficii, qui potest Missam, per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemosynam congruam secundum morem Civitatis, vel Provinciæ, nisi in fundatione ipsius Beneficii aliud cautum fuerit.

Ad decimum, debere absolutè integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam ipsius partem sibi retinere posse.

Ad Undecimum, respondit non prohibere absolutè: ac propterea etsi oneribus jam susceptis non satisfecerint, posse tamen nova etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodo infrà modicum tempus possint omnibus satisfacere.

Ad duodecimum, quamvis onera suscepta infrà modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens eleemosynam pro aliarum Missarum celebratione id sciat, & consentiat, ut illæ tunc demum celebrentur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit, Decretum non prohibere, quò minus eo casu eleemosyna accipiatur pro iisdem Missis juxta Benefactoris consensum celebrandis.

Ad decimum tertium, has pœnas non habere locum, nisi in suscepturis onera perpetua Missarum celebrandarum sine licentia Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii, aut Generalis, vel Provincialis.

Ad

Ad decimum quartum, comprehendi.

Ad decimum quintum: Non posse, visi de consensu eorum, qui eleemosynas tribuunt, ut suprà in responsione ad duodecimum.

Ad decimum sextum, comprehendi etiam privatos Sacerdotes.

Ad decimum septimum, numeri præfixionem esse iterùm faciendam, servata forma ultimi Decreti hac de re editi.

Ad decimum octavum, esse admittendos ad professionem, si aliàs habiles existant, ac deinde in aliquo alio Monasterio ejusdem Religionis esse collocandos, ubi commode ali possint.

Ad decimum nonum, censuit comprehendere.

Ad ultimum, habere locum extra Italiam.

Cosmus Cardinalis de Torres.

Prosper Fagnanus Sacræ Congregationis Secretarius.

Cum autem super præmissis diversi irrepserint abusus, illorumque occasione quàmplures querelæ, & recursus ad Apostolicam Sedem pervenerint; Cupiens eadem Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum hujusmodi detestabiles abusus è Christiana Republica pro viribus evellere; ac opportunè providere, ut sublatis fraudibus, ac emendata negligentia piæ dispositionum, seù Benefactorum voluntati fides illibata servetur, defunctorum animabus integra, & prompta præstentur suffragia, itidemque Deo major gloria, & Ecclesiis præstantior cultus reddatur, prævia auctoritate per SS. D. N. Innocentium Divina Providentia Papam XII. ei specialiter attributa infrascripta Decreta, prius in particulari nonnullorum ex præfatis Cardinalibus per Sanctitatem Suam deputata, & postea in generali hujusmodi Cardinalium Congregatione maturè, & accuratè discussa, recognita, & examinata edidit:

In primis, præinserta Decreta cum præmissis illorum declarationibus, plenissimè, & amplissimè approbat, confirmat, & innovat, omniaque, & singula ibidem contenta, & expressa iterum omni meliori modo decernit, statuit, ac ab omnibus, & singulis etiam speciali, & individua notâ, seù expressione dignis penitùs observari, & omnimodæ executioni demandari decernit, sancit, & præcipit.

Insuper, ut in re tanti momenti consultiùs, ac majori, ut par est, circumspectione procedatur, si qui forsan fuerint, vel sint, qui suis

pravis, & erroneis intentionibus, ſeù opinionibus blandiri volentes Miſſarum celebrationem omittunt ſub malitioſa, vel irrationabili ſpe earumdem condonationem, vel reductionem à Sede Apoſtolica, vel compoſitionem à Reverenda Fabrica Sancti Petri de Urbe obtinendi; Congregatio præfata tum eoſdem, tum quoſcumque qui alios poſthac in adeò deteſtabiles abuſus auſi fuerint offendere certiores fieri, & monitos eſſe voluit, præfatas condonationes, & reductiones ab eadem Sede, non niſi ex rationbili cauſa, ſeù æqua commiſeratione; compoſitiones verò a dicta Fabrica utente ſuis facultatibus, & privilegiis, non niſi ex cauſa pariter rationabili, & cum clauſulis opportunis, & præſertim cum illa; dummodò malitiosè non omiſerint animo habendi compoſitionem, aliàs gratia nullo modo ſuffragetur, *admitti conſueviſſe, & ſolere; quapropter ut locus omnis imposterum biſce prætextibus præcludatur, memorata Congregatio tales intentiones, opiniones, ſeù ſpes, ac eleemoſynarum, ſive in toto, ſive in parte verſiones in alium, quam præfatarum Miſſarum uſum, ſeù ſatisfactionem, & quaſcumque alias directas, vel indirectas, immediatas, vel mediatas, contraventiones, ſeù circumventiones declarat prorſus irrationabiles, injuſtas, ac illicitas, illaſque omninò reprobat, damnat, & interdicit.*

Cumque hujuſmodi abſurda ex eo plerumque proveniant, quod onera Miſſarum ſupra vires ſuſcipiantur; Caveant omnes, & ſinguli Rectores, Superiores, & Miniſtri quarumcumque tum Sæcularium, tum Regularium Eccleſiarum, ſeù illarum Capitula, ne onera, ſeù Miſſas, tum perpetuas, tum temporales, tum etiam manuales, quarum ſatisfactioni impares fuerint, quoquo modo ſuſcipiant, usque id ipſum quo ad fieri poterit, pateat, teneantur idem conficere, ſemperque in loco magis patenti, & obvio retinere Tabellam onerum perpetuorum, & temporalium literis perſpicuis, & intelligibilibus deſcriptorum, quorum implemento ſi moraliter, & intra præſcriptum, ſeù breve tempus ſatisfacere non poſſe, ſeù illa dumtaxat, & non ulteriora adimplere poſſe crediderint, ſeù credere debuerint, alias Miſſas, ſivè perpetuas, ſive temporales, ſive manuales per ſe, vel per interpoſitas perſonas quoquomodo recipere, ſeù acceptare omninò deſiſtant, ſeù abſtineant, & ulteriùs tali caſu in eadem Tabella ſimiliter exprimant ſeſe propterea aliis Miſſis acceptandis, & celebrandis impares eſſe.

Idemque teneantur pariter in Sacrario duos libros retinere, ac in

eo-

eorum altero ſingula onera perpetua, & temporalia; in altero autem Miſſas Manuales, & tam illorum, quàm iſtarum adimplementum, & eleemoſynas diſtinctè, & deligentèr annotare, & annotandas, ſeù annotanda curare, ſinguliſque annis de ſupradictis adimplementis, eleemoſynis, & oneribus pariter exactam rationem ſuis Superioribus reddere, ac omnes, & ſingulas rationes hujuſmodi in præfatis, reſpectivè libris ſimili diſtinctione, & diligentia, tam præfati, a quibus rationes debent reddi, quam Superiores, quibus reddendæ erunt deſcribere, ſeù annotare, ſive deſcribendas, vel annotandas reſpectivè curare.

Quibus ſemper ſalvis, debeant ulterius Regulares prædicti, omnes, & quaſcumque eleemoſynas tum manualium, tum perpetuarum, & temporalium Miſſarum reponere in capſa particulari ſub duabus clavibus, quarum una penès Superiorem localem, altera verò penès alium à Capitulo Conventuali deputandum retineatur, ac de iſdem eleemoſynis, & celebratione Miſſarum coram Patribus Diſcretis, ſeù Conſiliariis, vel alio ſimili modo nuncupatis ſingulis menſibus diſtrictam rationem exigere, & reſpectivè reddere.

Quod ſi prædicti, ad quos cura Tabellæ, capſæ, & librorum præfatorum reſpectivè pertinet, ſeù pertinere debet, ſuam operam præmiſſis, ut præfertur minimè navaverint, & Superiores, tum Sacularium, tum Regularium Eccleſiarum rationem prædictam non exegerint, ſeù non invigilaverint, quod præfati, qui in curam Tabellarum, & librorum incumbunt ſuo muneri, ut præfertur, ſatisfaciant, in ſingulis reſpectivè caſibus Sacularis pœnam ſuſpenſionis incurrant; Regulares verò voce activa, & paſſiva, ac gradibus, & officiis, quæ obtinent ipſo facto, & abſque alia declaratione privati ſint & intelligantur, nec non ad hujuſmodi gradus, & officia obtinenda ſimiliter inhabilitentur, & inhabilitati ſint, & intelligantur.

Porrò ne ullo unquam tempore omnia, & ſingula decreta prædicta in oblivionem, ſeù deſuetudinem abeant; Rectores, Superiores, ſeù Capitula Eccleſiarum Sacularium illa retineant publicè expoſita in eorum Sacrario; Superiores verò Locales cujuſcumque Monaſterii, Conventus, ac Domus Regularis curare, & efficere teneantur ſub pœna privationis officiorum, quæ obtinent, vocisque activæ, & paſſivæ ipſo facto incurrenda, ut in perpetuum ſexto quoque menſe ideſt feria ſecunda poſt primam Dominicam Adventus, & feria ſe-

xta poſt octavam Corporis Chriſti omnes, & ſingulæ præmiſſæ tum inſertæ, ſeù confirmatæ, tum in præſens factæ ordinationes unà cum dictis declarationibus in publica menſa perlegantur.

Meminerint igitur, & ſatagant Ordinarii, at à perſonis, & in Eccleſiis quoquomodo etiam in vim Decretorum Concilii Tridentini ſibi ſubjectis Miſſæ ea, qua par eſt fide, & diligentia celebrentur; & cuncta, & ſingula decreta hujuſmodi omnimodæ executioni demandentur, nedùm juſtitiam recurrentibus, ſeù inſtantibus reddentes, ſed ex officio tum in Viſitationibus, tum in aliis actibus, & modis quos expedire, & convenire toties quoties judicaverint inquirentes, ne aliquid committatur, pervertatur, differatur, vel omittatur, quod his omnibus, & ſingulis decretis adverſetur.

Caveant etiam reſpectivè omnes Regulares tum Subditi, tum Superiores quicumque nedum locales, ſed etiam Provinciales, & Generales, ne Miſſarum celebratio, & omnium Decretorum præmiſſorum executio, cum pernicie propriarum animarum, cum præjudicio illarum, quibus Miſſæ ſunt applicandæ, & cum magno Chriſti Fidelium ſcandalo quoquomodo omittantur, differantur, negligantur, ſeù pervertantur, alioquin ultra propriæ conſcientiæ onerationem, pœnam privationis vocis activæ, & paſſivæ, ac graduum, & officiorum, quæ obtinent, nec non inhabilitationis ad hujuſmodi gradus, & officia obtinenda prorſus incurrant.

Curent propterea præfati Superiores Regulares in omnes, & ſingulos contravenientes debitis pœnis diligenter, & promptè etiam per inquiſitionem animadvertere, & inſuper teneantur omnes, & ſinguli Superiores Locales in Provincialibus Capitulis, ſeù Congregationibus exhibere atteſtationem, ſeù fidem ab omnibus Sacerdotibus Conventus, Monaſterii, ſeù cujuſcumque Domus Regularis ſubſcriptam, & juratam, quod omnibus, & ſingulis tum perpetuis, tum manualibus Miſſarum oneribus, ſeù obligationibus ad limites, & tenorem præſentium Decretorum tempore eorum regiminis fuerit omninò, & integraliter ſatisfactum, vel deficiente aliqua modica ſatisfactione, poſſit etiam hujuſmodi reſiduali implemento Miſſarum diſtinctè referendarum intra breve tempus moraliter ſatisfieri, ea adjecta, & omninò adimplenda conditione, quod antè præfatæ atteſtationis exhibitionem quicumque Superiores Locales prædicti vocem activam, ſeù paſſivam in memoratis Capitulis, ſeù Congregationibus omninò habere non valeant.

Præ-

Præterea Provinciales, Vicarii, & Viſitatores Provinciarum, ſeu Congregationum debebunt in fine eorum regiminis Superioribus Generalibus in forma probante oſtendere, quod executioni præſentium Decretorum ſedulo invigilaverint, & ad eorum tenorem in omnibus, & ſingulis Conventibus, ſeu Monaſteriis, vel Domibus Regularibus Provinciæ, ſeu Congregationis de omnibus, & ſingulis oneribus, & obligationibus, ac inſimul ſatisfactionibus Miſſarum exactam, & diligentem rationem exegerint, ac contra delinquentes ad declarationem, & executionem reſpectivè pœnarum in Decretis contentarum proceſſerint, & de adimplemento circa ea, quæ in præmiſſis ad ipſos ſpectant legitime docuerint, aliàs ad vocem activam, & paſſivam in Capitulis Generalibus nullatenus admittuntur.

Cæterum, quia etiam ad quamplures Archiconfraternitates, Confraternitates, Societates, Hoſpitalia, Altaria, Oratoria, & Eccleſias, ac alia loca, & opera pia quomodolibet nuncupata, quæ cuicumque curæ, ſeù regimini, aut adminiſtrationi, vel directioni Laicorum cujuſlibet gradus, ſtatus, conditionis, & præeminentiæ etiam ſpeciali, & individuali nota dignorum dumtaxat, vel quorumcumque Eccleſiaſticorum, & Laicorum hujuſmodi mixtim commendata annexa, ſeù quomodocumque commiſſa, vel attributa ſunt, onus ſeù cura celebrationis Miſſarum, ſive manualium, ſive ad tempus, vel in perpetuum pertinet; hinc ſalvis ſemper iis, quæ in præinſertis Decretis continentur omnes, & quicumque hujuſmodi Archiconfraternitatum, Societatum, Congregationum, Hoſpitalium, Altarium, Cappellarum, Oratoriorum, & Eccleſiarum, ac aliorum locorum, & operum piorum Rectores, ſeù Adminiſtratores, vel Directores, & alii hujuſmodi Officiales, nec non ii ad quos Cura Tabellæ, & librorum in præmiſſis ſpectat, Tabellam, libros, & hæc Decreta reſpective juxta modas ſuperius expreſſos, ſimiliter retinere, nec non de oneribus, ac celebrationibus, & eleemoſynis dictarum Miſſarum ſingulis annis rationem exigere, & reſpectivè iis, ad quos pertinet reddere ſub pœnis arbitrio, & in ſubſidium excommunicationis teneantur.

Poſtremo omnibus, & quibuſcumque tam Eccleſiaſticis perſonis cujuſcumque Ordinis, Status, gradus, Regulæ, Congregationis, Societatis, conditionis, & dignitatis exiſtant, quàm Laicis quocumque honore, ac poteſtate præditis omnia, & ſingula præmiſſa Decreta interpretandi, nec non Eccleſiaſticis prædictis pœnas in hujuſmodi Decretis relaxandi, ſeu quoquo modo circa præmiſſa diſpenſandi, omnis,

nis, & quacumque facultas ſit penitùs interdicta.

Non obſtantibus quoad ſupraſcripta omnia, & ſingula in hujuſmodi decretis contenta, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis in favorem quarumcumque perſonarum, atque Ordinum, tam mendicantium, quàm non mendicantium, Militiarum etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, ac cujuſlibet alterius Inſtituti, etiam neceſſario, & in individuo exprimendi, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hoſpitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque, tum Secularium, quam Regularium locorum, nec non illorum etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis, quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam mari magno, ſeù Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, ſub quibuſcumque tenoribus, formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus Decretis etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeù extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis ſpecialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habens, quibus quoad ea, quæ præſentibus adverſantur illis aliàs in ſuo robore permanſuris, Sacra Congregatio Sanctitatis Suæ auctoritate ſpecialitèr, & expreſsè derogat, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. Romæ die 23. Novembris 1697

Joſeph Cardinalis Sacripantes Præfectus.

Ferdinandus Nuptius Sacræ Congregationis Sec.

Quocirca, cum dilectus filius noſter Joſeph Tituli S. Mariæ Tranſpontinæ S. R. E. Preſbyter Cardinalis Sacripantes, memoratæ Congregationis Præfectus præfata decreta nobis retulerit; Nos conſideran-

derantes eadem omnia, & singula decreta, ea qua decet maturitate digesta, & examinata, ac in vim Apostolicæ auctoritatis, eidem Congregationi specialiter, ut præfertur, attributa peracta, pernitilia fore censentes, illaque propterea perpetuò, & inviolabiliter observari, necnon Constitutionis nostræ munimine roborare volentes. Motu proprio, non ad cujusquam Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præinserta decreta, omniaque, & singula in eis contenta tenore præsentium auctoritate Apostolica confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis, & irrefragabilis Apostolicæ firmitatis robur, & efficaciam adjicimus, quinimmò motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine similibus, omnia, & singula in supradictis decretis contenta, de novo statuimus, & ordinamus, ac ab omnibus, & quibuscumque etiam speciali, & individua nota dignis omninò exactè, & perpetuò servari volumus, sancimus, & mandamus.

Decernentes, præsentes literas cum omnibus, & singulis inibi contentis semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque, & quomodocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè, & inviolabiliter observari, sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos qualivis auctoritate, præeminentia, aut potestate fungentes, & functuros, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet qualivis aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & definiri debere; Ac irritum, & inane si secùs super his à quoquam, quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit, attentari.

Non obstantibus omnibus, & singulis, quæ præfata Congregatio, auctoritate per ejusdem recordationis Urbanum Papam VIII., & respectivè per Nos illi specialiter attributa, decrevit non obstare, quæ pariter, & iterum Nos tenore præsentium non obstare decernimus, & mandamus, quibus omnibus, quo ad ea quæ præsentibus adversantur, illis, aliàs in suo robore permansuris, etiam harum serie plenissimè, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut præsentes literæ in valvis Ecclesiæ Latera-

nenſis, ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ Curiaque generalis in Monte Citorio, ac in acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, publicentur, & affigantur, ſicque publicata, & affixæ, omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt perindè arctent, & afficiant, ac ſi unicuique eorum perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Pariterque, ut earumdem præſentium tranſumptis impreſſis, manu alicujus Notarii Publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc noſtrarum Confirmationis, Approbationis, Statuti, Decretorum, Ordinationis, Voluntatis, Sanctionis, Mandatorum, & Derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo ſeptimo, decimo Kalendas Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Septimo.

B. Card. Prodat.

J. F. Card. Albanus.

Viſa de Curia J. Ciampinus.

J. Catallus

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo octavo Indictione ſexta, die verò tertia Januarii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Innocentii Divina Providentia Papæ XII. Anno ſeptimo; Supradicta Conſtitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Eccleſiæ S. Joannis Lateranenſis, Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Curiæ Innocentianæ, Cancellariæ Apoſtolicæ, in acie Campi Floræ, & in aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis, per me Joannem Baptiſtam de Cappellis ejuſdem SS. D. N. Papæ Curſ.

Franciſcus Antonius Simoncellus Mag. Curſ.

CON-

CONSTITUTIO GREGORII XV.

Contra ſollicitantes ad turpia in Confeſſionibus Sacramentalibus.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

UNiverſi Dominici gregis curam, quamquam immeriti cæleſti diſpoſitione gerentes ſedulò invigilare tenemur, ut ab omnibus pravis contagiis conſervetur immunis, multoque majori ſtudio providere, ut omnis peſtis ab iis avertatur, quibus alios ſanandi officium eſt commiſſum, nè quod Evangelica ſcripta Nos admonent, ſale inſatuato, non ſit in quo ſaliatur, & ad nihilum proſit ultrà, niſi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Citat. in capit. de Sacram. Pœnit.

Quoniam autem a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris quibuſdam in locis proviſum fuit, ut impium, ac nefandum ſcelus, quod non ſolum inter Chriſti Fideles non eſſe, ſed nec etiam nominari debet, procul ab iis arceatur; videlicet, ut aliquis Sacerdos ad ſacras audiendas Confeſſiones deputatus, Sacroſancto Sacramento Pœnitentiæ ſollicitando pœnitentes ad turpia abutatur: ac pro medicina venenum, pro pane aſpidem porrigat, & ex cæleſti Medico infernalis veneficus, ex Patre Spirituali, proditor execrabilis animarum reddatur. Idcirco ea quæ his perniciosiſſimis Diaboli inſidiis arcendis certis locis ſalubriter conſtituta ſunt, ut nullibi deſiderentur quantum ex alto conceditur providendum duximus. Aliàs ſiquidem à fœl. rec. Pio Papa IV. prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequentis, videlicet.

Pius Papa IV. Ven. Fratri Archiepiſcopo Hiſpalenſi in Regnis Hiſpaniarum hæretica pravitatis Inquiſitori Generali. Cum ſicut nuper, non ſine animi noſtri moleſtia, accepimus, diverſi Sacerdotes in Regnis Hiſpaniarum, atque etiam in eorum Civitatibus, & Diœceſibus curam animarum habentes, ſivè eam pro aliis exercentes, aut aliàs audiendis Confeſſionibus Pœnitentium deputati, in tantam prorumperint iniquitatem, ut Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi Confeſſiones abutan-

tur, nec illi, & qui id instituit Domino Deo, & Salvatori Nostro Jesu Christo injuriam facere vereantur, mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhonestos, dum earum audiunt Confessiones, alliciendo, & provocando, seù allicere, & provocare tentando, & procurando, ac loco earum per Sacramentum hujusmodi Creatori nostro reconciliationis, graviori peccatorum mole eas onerando; & in manibus Diaboli tradendo, in Divinæ Majestatis offensam, & Animarum perniciem, Christi fidelium scandalum non modicum; Nos in animum inducere nequeuntes, quod qui de Fide Catholica rectè sentiunt, Sacramentis in Ecclesia Dei institutis abutantur, aut illis injuriam faciant, Fraternitati tuæ, de cujus eximia pietate, virtute, atque Doctrina plurimum in Domino confidimus, per præsentes committimus, & mandamus, quatenùs per te, vel per alium, seù alios, a te deputandum, seù deputandos, contra omnes, & singulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Civitatum, & Diœcesum, de præmissis quomodolibet diffamatos tàm sæculares, quam quorumvis etiam exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediatè subjectorum Ordinum Regulares cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existant, tam super præmissis, quàm super Fide Catholica, & quid de ea sentiant diligenter inquiras, juxtà facultatum tibi contra hæreticos, aut de hæresi quovis modò suspectos, à Sede Apostolica concessarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos juxtà excessuum suorum qualitates, prout de jure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione, sæcularis Judicis arbitrio puniendos tradendo. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, necnon Ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes fuerint, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam motu proprio, aut aliàs quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ, apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die 16. Aprilis MDLXI. Pontificatus nostri anno secundo.

Igitur ut Litera prædictæ perpetuis futuris temporibus, & ubique

que locorum inviolabiliter obſervent ur ; Motu proprio , & ex certa ſcientia , ac matura deliberatione noſtra , ac de conſilio Venerabilium Fratrum Noſtrorum S R.E. Cardinalium contrà hæreticam pravitatem generalium Inquiſitorum , præinſertas literas hujuſmodi , ac omnia , & ſingula in eis contenta , Apoſtolita auctoritate tenore præſentium approbamus , & confirmamus , illiſque omnibus , & ſingulis inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus : illaſque non ſolum in prædictis Regnis Hiſpaniarum , ſed in quibuſvis Chriſtiani Orbis partibus firmiter obſervari , præcipimus , & mandamus.

Ac præterea ne in futurum de pœna his delinquentibus imponenda , & de modo contrà eoſdem procedendi , ab aliquo dubitari poſſit , ſtatuimus , decernimus , & declaramus , quod omnes , & ſingulí Sacerdotes , tàm Seculares , quàm quorumvis , etiam quomodolibet exemptorum , ac Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectorum Ordinum , Inſtitutorum , Societatum , & Congregationum Regulares , cujuſcumque dignitatis , & præeminentiæ , aut quovis privilegio muniti exiſtant , qui perſonas , quæcumque illa ſint , ad inhoneſta ſivè inter ſe , ſivè cum aliis quomodolibet perpetranda , in actu Sacramentalis Confeſſionis , ſivè ante , vel poſt immediatè , ſeù occaſione , vel prætextu Confeſſionis hujuſmodi , etiam ipſa Confeſſione non ſecuta ; ſivè extra occaſionem Confeſſionis in Confeſſionario , aut in loco quocumque , ubi Confeſſiones Sacramentales audiantur , ſeù ad Confeſſionem audiendam electo , ſimulantes ibidem Confeſſiones audire , ſollicitare , vel provocare tentaverint , aut cum eis illicitos , & inhoneſtos ſermones , ſivè tractatus habuerint , in Officio S. Inquiſitionis ſeveriſſimè , ut infrà puniantur , & præterea omnes hæretica pravitatis Inquiſitores , & locorum Ordinarios omnium Regnorum , Provinciarum , Civitatum , Dominiorum , & locorum univerſi Orbis Chriſtiani , in ſuis quemque Diœceſibus , & Territoriis , per has noſtras literas , etiam privativè quo ad omnes alios , ſpecialiter , ac perpetuò Judices delegamus , ut ſuprà his contrà prædictos ſimul , vel ſeparatim in omnibus , prout in cauſis Fidei , juxtà Sacrorum Canonum formam , nec non Officii Inquiſitionis hujuſmodi Conſtitutiones , Privilegia , Conſuetudines , & Decreta diligenter inquirant , & proceedant , & quos in aliquo ex hujuſmodi nefariis exceſſibus culpabiles repererint , in eo pro criminum qualitate , & circumſtantiis , ſuſpenſionis ab executione Ordinis , privationis beneficiorum , dignitatum , & officiorum quorumcumque , ac perpetuæ inhabilitatis ad illa , necnon vocis activa ,

væ, & passivæ, si regulares fuerint, exilii, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum, absque ulla spe gratiæ, aliasque pœnas decernant. Eos quoque si pro delicti enormitate graviores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione Curiæ Sæculari puniendos tradant.

Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus ne delictum tam enorme, & Ecclesiæ Dei tàm perniciosum remaneat ob probationum defectum impunitum, cum difficilis sit probationis: Testibus etiam singularibus, concurrentibus præsumptionibus, indiciis, & aliis adminiculis, delictum probatum esse arbitrio suo judicandi, & curiæ sæculari, ut præfertur, reum tradendum esse pronunciandi.

Non obstantibus omnibus, quæ dictus Prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque, Mandantes omnibus Confessariis, ut suos Pœnitentes, quos noverint fuisse ab aliis, ut supra sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, seù ut præfertur, tractantes, Inquisitoribus, seù locorum Ordinariis prædictis. Quod si hoc efficium prætermiserint, vel pœnitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confessarios sollicitantes, seù tractantes, ut supra, iidem locorum Ordinarii, & Inquisitores illos pro modo culpæ punire non negligant.

Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii Publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extrà ubique habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ; quodque eadem præsentes literæ, seu illarum exempla, ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ affixæ, omnes ita arctent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris, die 30. Augusti 1622.

Pontificatus nostri anno secundo

S. Cardinalis S. Susannæ.

LET-

LETTERA

Della Sacra Congregazione del S. Offizio Sopra la Bolla di

GREGORIO XV.

Contra Sollicitantes.

REV. PADRE. DOppo eſſerſi avuta longa, e matura conſiderazione ſopra il dubio ſignificato da diverſe bande: ſe i penitenti ſiano obligati a denunciare i Confeſſori, da i quali ſon ſtati ſollecitati nel luogo, & atto della Confeſſione, quando hanno acconſentito alla ſollecitazione, N.S. e queſti miei Signori Eminentiſſimi in Congregazione tenuta avanti ſua Santità à 25. di Luglio paſſato, dopo avere anche inteſo il parere d' una particolar Congregatione deputata a queſto effetto, hanno riſoluto, che qualſivoglia penitente è tenuto a denunziare il Confeſſore, dal quale ſarà ſtato ſollecitato nel luogo, & atto della Confeſſione, ancor che gl' abbia conſentito, e non è tenuto a propalare il proprio conſenſo; nè ſopra ciò s' interroghi dal Veſcovo, ò dall' Inquiſitore, ò da i loro Vicarii, avanti i quali deporrà, ne meno il Confeſſor denunciato, procedendoſi poi contro di lui ne i coſtituti che ſe li faranno, s'interroghi ſopra detto conſenſo, & in caſo che egli voleſſe dirlo da ſe, non ſi ſcriva il ſuo detto, come coſa in ordine alla perſona ſollecitata, non ſpettante al S. Offizio della S. Inquiſizione. Le parti dunque di V.R. ſono di ſignificare a i Confeſſori detta reſoluzione, e d'incaricargliene ſtrettamente l'oſſervanza, acciò ne i caſi, che occorrono alla giornata, conforme al tenore della Conſtituzione publicata da Gregorio XV. di S. Mem. contro i Confeſſori ſollecitanti, ſignifichino à i penitenti l' obligo, che hanno di denunciar i Confeſſori, da i quali ſaranno ſtati ſollecitati, & avendoli conſentito, e facendo difficoltà di ſcoprire il pro-

prio

prio consenso, conforme alla resoluzione, che si è fatta, gli dichino apertamente, che non sono tenuti a propalare il detto consenso, e che tanto i penitenti, quanto i Confessori sollecitati, procedendosi contro di loro, non saranno di ciò interrogati, e dicendolo da se, non si scriverà, ò riceverà il detto loro: e quando il penitente persistesse tuttavia nella medesima renitenza, N. Signore si contenta, che dal Vescovo, ò dall' Inquisitore si dia autorità al Confessore di ricevere per scrittura, e con giuramento la denuncia, per portarla a chi gl' avrà data autorità di pigliarla. E se oltre le cose suddette occorrerà altro capo grave, per il quale il penitente non si possa indurre: Sua Santità vuole, che se ne scriva quà, e s' aspetti la risposta, : & in tanto non si proceda nell' assoluzione. Et in tanto V.R. si contenterà far osservare nella sua Giurisdizione facendo registrare la presente negl' atti di cotesto S. Offizio per informazione sua, e de i suoi successori, quali averanno mira, che la presente risoluzione riguarda solo à quei penitenti, che per aver consentito fanno difficoltà in denunciare; ma a quei, che non hanno consentito, ò avendo consentito non sono in ciò renitenti, il Confessore non deve porre difficoltà alcuna, ma lasciare, che indifferentemente, e liberamente sodisfaccino all' obligo, che hanno di denunciare conforme alla Costituzione; & il Signore Iddio la conservi.

Di Roma li 27. Settembre 1674.

All'

ALL'ILLUSTRISS. E REVERENDISS. SIGNORE

MONSIGNOR VESCOVO DI

SUTRI, E NEPI.

ILLUSTRISS. E REVERENDISS. SIGNORE

IL delitto di ſollecitazione in Confeſſione Sacramentale, oggidì per umana fragilità pur troppo frequente, rimane il più delle volte ſenza gaſtigo, per non averne il foro eſteriore notizia, e prova ſufficiente, che ſe bene la S.M. di Gregorio XV. nella ſua Bolla *contra ſollicitantes*, all'uno, & all'altro providde, imponendo a i Confeſſori, che avvertiſſero li Penitenti dell'obligo di denunziar quelli, da i quali foſſero ſtati ſollecitati, rimettendo al giudizio di queſta Sacra, e Suprema Congregazione l'arbitrio delle pene; ad ogni modo l'ignoranza, e malizia di molti Confeſſori non ſolo laſcia d'inſinuare a i penitenti, che denunzino, ma bene ſpeſſo perſuade loro il contrario, e li dà à credere, non eſſere tenuti a farlo, reſtando in tal guiſa un Sacrilegio per altra via, che dei penitenti reſti impenetrabile, e del tutto occulto, & impunito.

A sì grave inconveniente, volendo N. Signore per il ſuo ſanto zelo provedere, ha riſoluto col parere de queſti miei Signori Illuſtriſſimi, che nell'avvenire a ciaſcun Sacerdote Regolare, ò Secolare, che ſia, quando verrà dall'Ordinario per eſſere approvato alle Confeſſioni nel atto ſteſſo d'approvarlo ſi legga, & intimi la Bolla ſuddetta di Papa Gregorio, e particolarmente l'ultimo §. di eſſa *Mandantes omnibus Confeſſariis, &c.* acciò nel medemo tempo intendano li Confeſſori la gravità delle pene propoſte a tanto eccesſo, e ſappino, che non eſortando, come devono li penitenti ſollecitati a denunziare, ò inſegnando loro non eſſer tenuti, averanno da eſſer gaſtigati dalli Ordinarii, ò da gl'Inquiſitori. Ma per conto de i Confeſſori già eſpoſti ſi rimette all'arbitrio di V.S. il modo di fare avvertito ogni, e qualunque Confeſſore, acciò non poſſa alcuno pretendere ignoranza. Et il Signor Iddio la proſperi ſempre, e conſervi.

Di Roma li 3. Ottobre 1626.

Affezzionatiſſimo per Servirla.
Il Cardinal Mellino.

E DE-

DECRETUM CONGREGATIONIS S. OFFICII

Et Inſtructio pro Examine illorum Teſtium, qui inducuntur pro contrahendis Matrimoniis.

Citat. in capit. de Sacram. Matrim.

I. IN *primis Teſtis moneatur de gravitate juramenti in hoc præſertim negocio pertimeſcendi, & quòd imminet pœna Triremium, & fuſtigationis deponenti falſum.*

II. Interrogetur de nomine, cognomine, Patria, ætate, exercitio, & habitatione.

III An ſit Civis, vel externus, & quatenus ſit externus à quanto tempore eſt in loco, in quo teſtis ipſe depoſuit.

IV. An ad examen acceſſerit ſponte, vel requiſitus; Si ſponte, & à nemine requiſitus, dimittatur quia præſumitur mendax; Si verò dixerit acceſſiſſe requiſitum, interrogetur à quo, vel à quibus, ubi, quando, quomodo, coram quibus, & quotiès fuerit requiſitus, & an ſciat adeſſe aliquod impedimentum inter contrahere volentes.

V. Interrogetur an ſibi pro hoc teſtimonio ferendo fuerit aliquid datum, promiſſum, remiſſum, vel oblatum, à contrahere volentibus, vel ab alio ipſorum nomine.

VI. Interrogetur an cognoſcat ipſos contrahere volentes, & à quanto tempore, in quo loco, qua occaſione, & cujus qualitatis, vel conditionis exiſtant. Si reſponderit negativè, dimittatur; Si verò affirmativè.

VII Interrogetur an contrahere volentes ſint Cives, vel exteri. Si reſponderit eſſe exteros, ſuperſedeatur in licentia contrahendi donec per literas Ordinarii ipſorum contrahere volentium doceatur de illorum libero ſtatu, de eo tempore, quo permanſerunt in ſua Civitate, vel Diœceſi. Ad probandum verò eorundem contrahere volentium ſtatum liberum, pro reliquo temporis ſpatio, ſcilicet, uſque ad tempus, quo volunt contrahere, admittantur teſtes idonei, qui legitimè, & concludenter deponant ſtatum liberum contra-

trahere volentium, & reddant ſufficientem rationem cauſæ eorum ſcientiæ, abſque eò quod teneantur deferre atteſtationes Ordinariorum locorum, in quibus contrahere volentes moram traxerunt.

Si verò reſponderit, contrahere volentes eſſe Cives,

VIII. Interrogetur ſub qua Parochia hactenus contrahere volentes habitarunt, vel habitent de præſenti.

IX. Item an ipſe teſtis ſciat, aliquem ex prædictis contrahere volentibus quandoque habuiſſe uxorem, vel maritum.

Si reſponderit affirmativè non procedatur ad licentiam niſi producantur authentica, & legales atteſtationes, vel teſtes fide digni, & veriſimiliter informati de obitu conjugis defuncti.

Si verò teſtis, reſponderit non habuiſſe uxorem, vel maritum.

X. Interrogetur de cauſa Scientiæ, & an ſit poſſibile quod aliquis ex illis habuerit uxorem, vel maritum, quod ipſe teſtis neſciat.

Si reſponderit affirmativè, ſuperſedeatur, niſi ex aliis teſtibus probetur concludenter, non habuiſſe uxorem, vel Maritum. Si verò reſponderit negativè.

XI. Interrogetur de cauſa ſcientiæ, ex qua deinde judex colligere poterit an teſti ſit danda fides.

Si reſponderit, contrahere volentes habuiſſe uxorem, vel maritum, ſed eſſe mortuos.

XII. Interrogetur de loco, & tempore, quo ſunt mortui, & quomodo ipſe teſtis ſciat, fuiſſe conjuges, & nunc eſſe mortuos. Et ſi reſpondeat mortuos fuiſſe in aliquo hoſpitali, vel vidiſſe ſepeliri in certa Eccleſia, vel occaſione militiæ ſepultos fuiſſe à militibus, non detur licentia contrahendi niſi prius recepto teſtimonio authentico à Rectore hoſpitalis, in quo prædicti deceſſerunt, vel à Rectore Eccleſiæ, in qua humata fuerunt eorum Cadavera, vel ſi fieri poteſt à Duce illius Cohortis, in qua deſcriptus erat miles. Si tamen hujuſmodi teſtimonia haberi non poſſunt, Sac. Cong. non intendit excludere alias probationes, quæ de jure communi poſſunt admitti, dummodo ſint legitimæ, & ſufficientes.

XIII. Interrogetur an poſt mortem d. Conjugis defuncti aliquis ex prædictis contrahere volentibus tranſivit ad ſecunda vota.

Si reſponderit negativè.

XIV. Interrogetur an eſſe poſſit, quod aliquis ex illis tranſierit ad ſecunda vota, abſque eò quod ipſe teſtis ſciat.

Si reſponderit affirmativè, ſuperſedeatur in Licentia, donec pro-

ducantur teſtes, per quos negativa coarctetur concludenter.

Si verò negativè.

XV. Interrogetur de cauſa ſcientia, qua perpenſa, judex poterit judicare an ſit concedenda licentia, vel ne.

Si contrahentes ſunt vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi niſi doceant per fides Ordinariorum ſuorum eſſe liberos, & in aliis, ſervata forma Conc. Trid. in cap. multi *&c. ſeſſ. 24.*

Fides, aliaque documenta, quæ producuntur de partibus non admittantur, niſi ſint munita Sigillo, & legalitate Epiſcopi Ordinarii, & recognita ſaltem per teſtes, qui habeant notam manum, & Sigillum, & attentè conſideretur, quod Fides, ſeù teſtimonia benè, & concludenter identificent perſonas, de quibus agitur.

Pro teſtibus in hac materia, recipiantur magis Conſanguinei, quàm extranei, quia præſumuntur melius informati, & Cives magis, quam exteri, nec admittantur homines vagi, & milites niſi data cauſa, & maturo conſilio; Et Notarius exactè deſcribat perſonam teſtis, quem ſi cognoſcit, utatur clauſula mihi benè cognitus; *Sin minus examen non recipiat niſi unà cum perſona teſtis aliqua alia compareat cognita Notario, & quæ teſtetur de nomine, & cognomine ipſius teſtis, necnon de idoneitate ejuſdem ad teſtimonium ferendum. Et hujuſmodi examinibus debet intereſſe in Urbe ultra Notarium Officialis ſpecialiter deputandus ab Eminentiſſimo Vicario, & extra Urbem, vel Vicarius Epiſ. vel aliqua alia Perſona inſignis, & idonea ab Epiſcopo ſpecialiter deputanda; aliàs puniatur Notarius arbitrio Sac. Cong. & Ordinarius non permittat fieri publicationes.*

Ordinarii præcipiant omnibus, & ſingulis Parochis in eorum Diœceſibus exiſtentibus, ut pro Matrimoniis cum exteris contrahendis non faciant publicationes in eorum Eccleſiis niſi certiorato Ordinario, à quo, vel ejus Generali Vicario priùs teneantur authenticam reportare, quòd pro tali Matrimonio fuerunt examinati teſtes in eorum Tribunali, qui probant ſtatum liberum contrahere volentium &c.

Contravenientes autem ſeverè punientur.

DE-

DECRETUM

SAC. RITUUM CONGREGATIONIS

Quò ad Officium Divinum pro Reliquiis insignibus Sanctorum.

Citat. in Cap. de SS. Reliquiis.

CUM Sac. Rituum Congregationi innotuerit, quam plures abusus irrepsisse circa recitationem Officii sub prætextu Decreti ab eadem Cong. evulgati anno 1630. in quo permittitur posse in Ecclesia recitari Officia, & Missas celebrari de illis Sanctis, quorum Corpora, aut Reliquiæ insignes in ea asservantur; Eminentiss. PP. eidem Sac. Cong præpositi isdem abusibus evellendis præcipuè intenti, inhærendo Decretis aliàs in similibus editis, declararunt prædicta Officia SS. ratione Corporis, aut insignis Reliquiæ recitanda, intelligi debere de SS. duntaxat in Martyrologio Rom. descriptis. De cæteris autem SS. in prædicto Martyrologio non descriptis, aut quibus à S. Sede non fuerit specialiter concessum, Officia recitari, aut Missas celebrari vetuerunt, non obstante, quòd ipsorum Corpora, vel insignes Reliquiæ in Ecclesiis asserventur: Quibus tamen ab Ordinariis locorum approbatis debitam Fidelium venerationem (prout hactenus servatum est) exhibendam esse censuerunt, sed absque Officio, & Missa, sub pœnis de non satisfaciendo præcepto recitandi Officium, aliisque in Constit. B. Pii V. contentis. Die 11. Augusti 1691.

DE-

DECLARATIO

SAC. CONG. CONCIL. TRID.

Quò ad obſervantiam Feſtorum dierum, tempore Meſſium, & Vindemiarum.

Citat. in capit. de dier. Feſt. cultu

SAcra Congregatio Conc. Trid. Interpretum cenſuit diebus feſtis licere dare operam rebus ad vitam neceſſariis, ac tempore periturис, præſertim tempore Vindemiarum, & Meſſium, & recollectionis fructuum, vel ubi neceſſitas urgeat, vel ſuadeat Pietas. Caterum quoniam verendum eſt, ne privatis affectibus domeſticarum rerum ſtudio aliqui eo perducantur, ut hac Sac. Canonum Indulgentia, in aliis etiam caſibus abutantur; Idem PP. Illuſtriſſimi nunc adiicinunt, ad Ordinarii, ejuſque judicium, ac cenſuram pertinere, ut cognoſcant, num verè ulla ex cauſis ſupradictis ſubſit, propter quam liceat diebus feſtis rebus ſervilibus vacare, ut nec dierum feſtorum obſervantia ulla in re violetur, nec opera illis diebus ſumma cum ratione permiſſa, impediantur.

N. Card. Matthæjus.

DECRETUM
SAC. RIT. CONCREGATIONIS

QUO AD TRANSLATIONEM FESTI

SANCTISSIMÆ ANNUNCIATIONIS

BEATÆ MARIÆ VIRGINIS

Occurrentis in feria VI. Paraſcevæ, vel Sab. Sancto, & quò ad Miſſas privatas in eodem Sab. S.

Sac. Rit. Cong. ad tollenda dubia exorta ſuper celebrat. feſti SS. Annunc. B. M. V. in feria VI. Paraſcevæ, vel in Sabbato Sancto occurrentis declarando decretum editum die 11. *Feb. decrevit, Feſtum prædictum in caſu propoſito unà cum præcepto audiendi Miſſam, & vacandi ab operibus in Eccleſ. univ. transferri debere ad fer. II. poſt Dom. in albis etiam quocumque alio feſto impeditam, ſtant eadem feria, prædicto caſu eveniente, perpetuis temporibus pro Sede propria, fixa, memorato feſto Annunciat. aſſignata intelligatur, & in illa eo prorſus modo, & forma præf. feſt. quò ad Offic. & Miſſ. celebretur, quibus propria die* 25. *Martii celebraretur protractis ut ſup. aliis feſtis &c. firmo in reliquis remanente decreto quò ad celeb. Miſſarum in Sabbato S. nempe quod Miſſæ privatæ nullatenus celebrentur.*

ſu capit. ſuprad.

DE-

DECRETUM
DE FESTO S. JOSEPH
Occurrente in feria V. majoris hebdomadæ.

Citat. in capit. suprad.

CUM occurrat Festum S. Joseph in feria V. majoris hebdomadæ exortum est dubium attenta univers. consuetud. Ecclesiæ celebrandi eo die unam tantum Missam, an unà cum Off. ipsius S. Joseph transferri debeat etiam obligatio audiendi Missam, & vacandi ab operibus &c. Sac. Cong. censuit Off. transferendum esse; Præceptum verò audiendi Missam, & vacandi ab operibus servandum esse in dicta feria V. ac proinde per Ordinarios locorum providendum ut eo die aliquæ Missæ privatæ ante Missam Conventualem celebrandæ non desint pro præcepti adimplemento Et mos antiquus Communionis Cleri in Missa solemni ejus diei quò Ecclesia Santissimi Euch. Sac. institutionem, & mem. recolit summa religione hactenus detentus nullatenus omittatur. Die 12. Sept. 1692.

EDIT.

Digitized by Google

EDITTO

Per l' Oſſervanza della Quareſima.

Citat. in capit. de Jejun.

EMANATO PER ORDINE DELLA

SANTITA' DI N. SIGNORE

PAPA CLEMENTE XI.

ACciò il tempo della Quareſima conſagrato à Digiuni, e all' altre opere di penitenza, ſia in quell' oſſervanza, che ſi deve, e ſi rimuovano le occaſioni, che poſſono indurre qualche ſcandolo, ò rilaſſamento in quel che appartiene al precetto del digiuno, ò all' aſtinenza de cibi proibiti La Santità di N.S inerendo alla diſpoſizione del Sac. Conc. di Trento nel decreto *de delectu Ciborum, & Jejuniis* ha ordinato che ſi pubblichi il preſente Editto, e l'eſecuzione delle coſe infraſcritte.

I. Che niuna perſona, durante detto tempo, venda ò tagli (come dir ſi ſuole) Carni in qualſivoglia luogo della Città, eccettuato che ne' Macelli deputati per gl'Infermi, ò malſani. Le quali Carni devano eſſer ſolamente quelle che s' addimandano ſalubri, cioè di Caſtrato, Vitella, e Capretti, nè le tengano fuori di detti Macelli, ma dentro in modo che non appariſcano, ne ſi vedano in publico

II. Quelli che compreranno dette carni debbano per evitar ogni ſcandolo portarle coperte in modo che non ſiano viſte.

III. Che non ſi tengano da qualſivoglia perſona pubblicamente a vendere le dette, o altre Carni, anche di Cacciagioni, ò ſalvaticina, molto meno porcina &c.

IV. Li pollaroli ò altri che ſoglino vendere carni ſalvaticine, & uccellame, tengano nelle botteghe [non però in pubblico] ſolamente quelle, che dal Signor Protomedico poſſono annoverarſi tra le carni ſalubri, e non altre.

V. Che niuna perſona di qualſivoglia Grado, e Condizione

possa comprare, ò far comprare alcuna sorte di Carne, ò altri cibi proibiti senza la licenza, secondo la forma da Noi prescritta, che sarà insinuata da Parochi, qual licenza doverà esser prima scritta, ò sottoscritta dal Medico in lingua volgare, il tutto gratis, dopo dal proprio Parocho, e per ultimo da uno de RR. PP. nostri deputati, a quali incarichiamo di considerare dette licenze, e quando non sieno concepite secondo la solita forma non le devano sottoscrivere.

VI. Avvertendo ciaschedun Medico, e Paroco, che se sottoscriveranno le dette licenze senza legittima causa, oltre il partecipare de peccati d' altri, con aggravio della loro coscienza, saranno puniti anco con pene temporali.

VII. Avvertano di più tanto i Medici, e Parochi, quanto quelli che dimandano le dette licenze d' attendere alla qualità delle Carni, cioè, che sieno salubri, perche solo queste sono permesse nella Quaresima, a chi per giusta causa non può cibarsi de' cibi Quaresimali. E se al bisogno si può supplire con Ova, e latticini, non devono quelli permettere, ne questi respettivamente cibarsi delle Carni anco salubri, ma contentarsi dell' Ova, e latticini, e osservar il digiuno, alle di cui leggi sieno tenuti anco quelli che si ciberanno di Carni salubri col motivo d' esser loro nocivo il vitto Quaresimale.

In oltre se per tutto l' anno s' astengono dalla Carne nel Venerdi, Sabbato, Quattro tempi, e Vigilie di precetto, molto più devono osservare tale astinenza ne suddetti giorni di Quaresima, non ostante la licenza, che otterranno, eccetto quando ci fosse nuova causa, che richiedesse altrimenti; e non potendosi in questo particolare dare certa regola, deve ogn' uno considerare il suo bisogno, e le sue indisposizioni, e che non siano affettate, perche ne devono render conto strettissimo a Dio, presso il quale non potranno scusarsi colla licenza estorta con cause supposte, o finte; Onde riflettano bene, che non inganneranno il Medico, o il Paroco, ma se medesimi, e l' Anime loro quelli, che espongono indisposizioni non vere.

VIII. Che gl' Osti, Albergatori &c. non permettano, o tollerino, che nelle loro Osterie, e Alberghi &c. si cuocano, e si mangino cibi proibiti, così nel tempo di Quaresima, come negl' altri giorni proibiti parimente dalla S. Chiesa, eccetto

che

che per gl'Infermi, e mal ſani, che averanno però la licenza, come ſopra, ſotto pena a chi traſgredirà di ſcudi 25. e di tre tratti di corda, e altro ad arbitrio &c.

IX. Ordiniamo, che in tutto il tempo di Quareſima neſſuno di qualſivoglia ſtato, e condizione faccia, ò aſſiſta a quelle Converſazioni, ò altre adunanze, dove ſi facciano ſuoni e balli, e che ne meno di notte ſi vada per la Città ſuonando, e cantando, o ſi facciano ſerenate &c.

X. Eſortiamo per ultimo tutti i fedeli non ſolo all' oſſervanza del dig uno Quareſimale conſegrato dall' eſempio del N.S. Gieſù Criſto, ma ad attendere con divozione a quelli Eſercizzi Spirituali, che il medeſimo tempo ricerca non meno per placare l'ira di Dio, che per prepararſi à celebrare degnamente la S. Paſqua. Dat. il 15. Marzo 1704.

G. Card. Vicario.

DECRETUM

De non anticipanda Vigilia S. MATHIÆ APOST.

Citat. in Cap. ſuprad.

QUæſitum fuit a Sac. Rit. Cong. declarari an Vigilia S. Mathiæ Apoſt. occurrens in feria III poſt Dominicam Quinquageſimæ poſſit ratione Carnisprivii anticipari cum Jejunio. Et eadem Sac. Cong. reſpondit negativè, & Jejunium prædicta feria omninò ſervandum. Die 23. Jan. 1694.

DECRETA
CONGREGATIONIS SAC. RIT.

Circa jura Parochialia, Functiones, & Prælheminentias inter Parochos, & Confraternitates Laicorum, earumque Cappellanos, & Officiales.

Citat. in capit. de Confrat. Laic.

Urbis, & Orbis

AD debitum imponendum finem controverſiis, quæ inter Parochos, & Confraternitates Sæculares, earumque Cappellanos, & Officiales, ſuper juribus Parochialibus, & functionibus Eccleſiaſticis, nonnulliſque Prælemineusiis, ſeù Prærogativis frequenter exoriri ſolent, in Sacrorum Ritnum Congregatione ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardinale Colloredo propoſitis infra'criptis dubiis, videlicet:

I. An Confraternitates Laicorum legitimè erectæ in Eccleſiis Parochialibus habeant dependentiam à Parocho in explendis functionibus Eccleſiaſticis non Parochialibus?

II. An dictæ Confraternitates erectæ in Cappellis, vel Oratoriis, tùm publicis, tùm privatis, adnexis Parochialibus Eccleſiis, & ab eis dependentibus habeant dictam dependentiam à Parocho, quoad dictas functiones?

III. An Confraternitates erectæ in aliis Eccleſiis publicis habeant quoad eaſdem functiones aliquam dependentiam à Parocho, intra cujus Parochiæ limites ſitæ ſunt Eccleſiæ?

V. An benedictiones, & diſtributiones Candelarum, Cinerum, & Palmarum, ſint de juribus merè Parochialibus?

VI. An benedictiones Mulierum poſt partum, Fontis Baptiſmalis, Ignis, Seminis, Ovorum, & ſimilium, ſint de jurſbus merè Parochialibus?

VII. An functiones omnes Hebdomadæ Sanctæ ſint de juribus merè Parochialibus?

VIII. An celebratio Miſſæ ſolemnis feria quinta in Cœna Domi-

mini ſit de dictis juribus Parochialibus?

IX. An prima pulſatio Campanarum in Sabbato Sancto ſit de dictis juribus Parochialibus?

X. An celebratio Miſſarum ſolemnium per annum, ſivè pro vivis, ſivè pro defunctis, ſit de dictis juribus Parochialibus?

XI. An expoſitio Quadraginta Horarum, & benedictio, quæ fit ſuper Populo, ſit de dictis juribus merè Parochialibus?

XII. An expoſitio, quæ fit cum Reliquiis, vel Sacris Imaginibus, & benedictio, quæ cum eis fit ſuper Populo, ſit de dictis juribus Parochialibus?

XIII. An functiones in præcedentibus octo dubiis, videlicet à dubio quinto ad duodecimum, expreſſæ, peragi poſſint in Oratoriis privatis, contradicente Parocho?

XIV. An in dictis Oratoriis privatis Confraternitatum per Confratres ſtatis horis recitari poſſint Horæ Canonicæ, cum cantu, vel ſine, abſque alia licentia Parochi?

XV. An in dictis Oratoriis privatis ſit licita celebratio Miſſæ privatæ, aſſentiente Ordinario loci, & contradicente Parocho?

XVI. An Cappellani Confraternitatum poſſint Populo denunciare Feſtivitates, & Vigilias occurrentes in hebdomada, abſque licentia Parochi?

XVII. An Parochus, invitis Confratribus, docere poſſit Doctrinam Chriſtianam in prædictis Eccleſiis, & Oratoriis publicis, vel privatis, à Parochiali diviſis, & ſeparatis?

XVIII. An in ſæpedictis Eccleſiis publicis Confraternitatum poſſint haberi publicæ Conciones, etiam per totum curſum Quadrageſimæ, vel Adventus, cum licentia Ordinarii, & abſque licentia Parochi?

XIX. An in eiſdem Eccleſiis poſſit celebrari Miſſa, ſivè lecta, ſivè cantata, ante Miſſam Parochialem, ſive lectam, ſive cantatam.

XX. An ad Parochum ſpectet facere Officium funebre ſuper Cadaveribus ſepeliendis in ſæpedictis Eccleſiis, & Oratoriis publicis Confraternitatum?

XXI. An intra ambitum earumdem Eccleſiarum fieri poſſint Proceſſiones juxtà cujuſque Confraternitatis Inſtitutum, abſque interventu, vel licentia Parochi?

XXII. An eadem Proceſſiones fieri poſſint extra ambitum dictarum Eccleſiarum, abſque licentia illorum Parochorum, per quorum territorium tranſeundum eſt?

XXIII.

XXIII. An in dictis Proceſſionibus Cappellani Confraternitatum poſſint deferre ſtolam?

XXIV. An Epiſcopo accedenti ad Eccleſias publicas Confraternitatum, quæ non ſint Regularium, neque proprium Rectorem Beneficiatum habeant, porrigendum ſit aſperſorium à Parocho in cujus territorio ſunt ſitæ dictæ Eccleſiæ?

XXV. An earumdem Eccleſiarum, & Confraternitatum Rectores, & Cappellanos poſſit Parochus, ceſſante alio ſpeciali, ac legitimo titulo, & ex ſolo jure Parochialitatis, compellere invitos ad aſſiſtendum functionibus Eccleſiæ Parochialis?

XXVI. An in ſæpedictis Eccleſiis Confraternitatum, neque Parochialibus, neque Regularibus, retineri poſſit Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, ſine ſpeciali indulto Sedis Apoſtolicæ?

XXVII. Præſuppoſita facultate retinendi, an poſſit infra annum publicè exponi, ſine licentia Ordinarii?

XXVIII. An poſſit Parochus ſe ingerere in adminiſtratione oblationum, vel eleemoſynarum in ſæpedictis Eccleſiis recollectarum, vel capſulæ pro illis recipiendis expoſitæ clavem retinere?

XXIX. An in Eccleſia Parochiali Confratres, vel eorum Cappellani immiſcere ſe valeant, invito Parocho, in ejuſdem Eccleſiæ functionibus, ſivè Parochialibus, ſivè non Parochialibus?

XXX. An Confraternitates, ſivè ſint erectæ in Eccleſia Parochiali, ſivè extrà illam, poſſint pro libito, & juxtà unuſcujuſque peculiaria ſtatuta, Congregationes ſuas facere, abſque interventu, vel licentia Parochi?

XXXI. An poſſint propria bona adminiſtrare, ac de illis diſponere, abſque ulla dependentia à Parocho?

XXXII. Quando Parochus eiſdem Congregationibus interſit de mandato Ordinarii, & tamquam ejus delegatus, an poſſit ſuffragium deciſivum ferre? & quatenus Affirmativè,

XXXIII. An etiam ſuffragium duplex?

Sacra eadem Rituum Congregatio re maturè diſcuſſa reſpondendum eſſe cenſuit.

Ad primum Affirmativè.
Ad Secundum Affirmativè.
Ad Tertium Negativè.
Ad Quartum Negativè.
Ad Quintum Negativè.
Ad Sextum Negativè; ſed benedictiones Mulierum, & Fontis Baptiſmalis fieri debere à Parochis.
Ad Septimum Negativè, prout jacet.
Ad Octavum Negativè, prout jacet; ſed ſpectare ad Parochos.
Ad Nonum Negativè, prout jacet; ſed ſpectare ad Eccleſiam digniorem, ad formam Conſtitutionis Leonis X la 22. §. 14.
Ad decimum Negativè prout jacet; ſed licere Confratribus dumtaxat in feſtivitatibus Solemnioribus ejuſdem Eccleſiæ, vel Oratorii, ut in Brunduſina ſub die primo Junii 1601.
Ad Undecimum Negativè.
Ad Duodecimum Negativè, & quoad benedictiones cum Reliquiis, & Imaginibus, ſerventur Decreta.
Ad Decimum tertium, ſatis proviſum in ſuperioribus.
Ad Decimum quartum Affirmativè; niſi aliter Ordinarius ſtatuat ex rationabili cauſa.
Ad Decimum quintum Affirmativè.
Ad Decimum ſextum Affirmativè.
Ad Decimum ſeptimum Negativè.
Ad Decimum octavum Affirmativè.
Ad Vigeſimum Affirmativè, quando tumulandus eſt ſubiectus Parocho, intrà cujus fines eſt Eccleſia, vel Oratorium.
Ad Vigeſimum primum Affirmativè.
Ad Vigeſimum ſecundum Negativè; niſi adeſſet licentia Epiſcopi.
Ad Vigeſimum tertium Negativè, extrà propriam Eccleſiam.
Ad Vigeſimum quartum Negativè.
Ad Vigeſimum quintum Negativè.
Ad Vigeſimum ſextum Negativè.
Ad Vigeſimum ſeptimum Negativè.

Ad

Ad Vigesimum Octavum Negativè.

Ad Vigesimum nonum Negativè.

Ad Trigesimum Affirmativè, dummodò non impediant functiones, & Divina Officia.

Ad Trigesimum primum Affirmativè.

Ad Trigesimum secundum Negativè.

Ad Trigesimum tertium Negativè.

Et ità salvis tamen conventionibus, & pactis in erectione Confraternitatum forsan factis, concordijs inter Partes initis, & à Sancta Sede approbatis, Indultis, Constitutionibus Synodalibus, ac Provincialibus, & Capitulis immemorabilibus, vel saltèm centenaris, declaravit, ac decrevit &c.

CONSTITUTIO GREGORII PAPÆ XIV.

De Immunitate.

Citat. in Cap. de Eccles.

CUM aliàs, nonnulli prædecessores nostri, & præsertim fal. recordat. Sixtus Papa Quartus, necnon Pius etiam Quintus, sancto zelo ducti, diversas facultates, & indulta extrahendi, etiam in casibus quibusdam à jure non permissis, ex Ecclesiis criminosos, & delinquentes, complaribus secularibus Principibus, eorumque Curiis, & Magistratibus sub variis modis, & formis concesserint, prout in illis pleni ùs continetur.

Experientia postmodum docuit, tum ob diversitatem, & differentiam hujusmodi indultorum, tum quia plerique eorumdem Principum Ministri, ex hoc ipso illa diversimodè etiam latius quam par erat, & ad suum libitum interpretandi occasionem arripuerunt, illisque abusi cœperunt, subortam esse non mediocrem in aliquibus locis libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ perturbationem, & confusionem; alibi verò ne ipsos quidem Laicos indultis hujusmodi uti voluisse, aut potuisse, quod Populis inveterata erga Ecclesias reverentia, devotis, & assuetis, scandali potius quam quietis occasionem præberent. Illud etiam absurdum sæpènumero secutum est, ut infimæ interdum conditionis laici, non modo juris, sed etiam literarum penitus ignari, & imperiti, cum, quasi potestates, aut Ministri Curiæ secularis

in

in aliquo Caſtro, aut oppidulo juriſdictionem exercebant, facultatum, & indultorum hujuſmodi limites longè exceſſerint, eaque ſuo arbitratu in ſenſus minus rectos, & ab intentione concedentis omninò alienos detorſerint, illorum pretextu quidquid ſibi in mentem venit attentare præſumpſerint, in grave juriſdictionis, & immunitatis Eccleſiaſticæ præjudicium, locorum, & perſonarum Divino cultui dicatarum contemptum, ipſius Divinæ Majeſtatis offenſam, & ſcandalum plurimorum. Quarè pro commiſſo nobis à Domino Paſtoralis officii munere, prædictis abſurdis, & ſcandalis obviare, ac differentias hujuſmodi ad uniformem regulam reducere, omnemque dubitandi, ac perperam interpretandi occaſionem dilucida declaratione ſubmovere, abuſus tollere, nè Eccleſiaſtica jura planè conculcentur, & negligantur, opportunè providere decrevimus, proùt etiam dictus Sixtus prædeceſſor noſter iiſdem de cauſis motus ſtatuere decreverat, licèt morte prævent us, hoc adimplere nequiverit; ita tamen, ut quando præſens temporum calamitas, & nimia, quæ jam invaluit, perverſorum hominum malitia id expoſcit, aliquid etiam ad terrorem delinquentium, & ad coercenda illorum facinora, ultra id quod priſca illa majorum noſtrorum diſciplina, & vetus ſacrorum Canonum norma præſcripſerat in quibuſdam caſibus congrua moderatione adhibita permiſtamus.

Hac itaque noſtra perpetuò valitura Conſtitutione omnia, & quæcumque privilegia, indulta, & gratias, tam per prædictum Sixtum, ac Pium V. quam alios quoſcumque noſtros prædeceſſores, aut noſmetipſos, Sedemque Apoſtolicam, ejuſve Legatos, ſuper abducendis, vel extrahendis ab Eccleſiis, Monaſteriis, Sacellis, domibus Regularibus, & Secularibus, locisve Sacris, aut Religioſis, aliaſve in caſibus à jure permiſſis, hominibus certorum tunc expeſſorum, vel non expreſſorum criminum reis, aut fraudulentis decoctoribus, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publica, & ex cauſis urgentibus, ac neceſſariis, & æquipollentibus caſibus in jure expreſſis, atque ex paritate, identitate, aut majoritate rationis extenſis, perpetuò, vel ad certum nondum elapſum tempus, ſeù ad vitam alicujus Pontificis, aut beneplacitum, ſeù alias quomodolibet conceſſa, etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus, approbata, & innovata, ac uſu recepta, literaſque Apoſtolicas ſub plumbo, aut in forma Brevis, ſeù aliàs quomodocumque deſuper confectas, quarum tenores hìc haberi volumus pro expreſſis,

ac ad verbum inſertis, ſubblata penitus omni differentia, ita ad unam tantum formam reducimus, & moderamur.

Ut Laicis ad Eccleſias, locaque Sacra, & religioſa prædicta confugientibus, ſi fuerint publici Latrones, viarumque graſſatores, qui itinera frequentia, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quive homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſiis, earumve Cameteriis committere non verentur, aut qui prodditorisè proximum ſuum occiderint, aut aſſaſſinii, vel hæreſis, aut læſæ Majeſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis rei, immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragetur, ſed univerſis, & ſingulis veneralibus fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque Eccleſiarum, & Monaſteriorum Prælatis, tam ſæcularibus, quam cujuſvis Ordinis Regularibus, diſtrictè præcipiendo mandamus, & præcipimus, ut Laicos in caſibus prædictis delinquentes ad eorum Eccleſias, Monaſteria, domos, & alia loca ſupradicta Sacra, ſeù Religioſa reſpectivè confugientes, & in eis ſe recipientes, atque morantes, qui prædicta delicta, eorumque aliquod judicio ſuo commiſiſſe videbuntur, quando à Curia ſæculari fuerint requiſiti, & quilibet eorum fuerit requiſitus, Miniſtris, & Officialibus Curiæ Sacularis abſque irregularitatis nota, aut alicujus cenſuræ Eccleſiaſticæ incurſu tradi, & conſignari curent, & faciant, & quilibet eorum curet, & faciat.

Ne autem Curia ſæcularis prædicta Miniſtri facultate illos per ſe, & propria auctoritate extrahendi, & abducendi ſibi olim, ut præfertur, attributa, & per præſentes revocata, abutantur, Volumus, dictaque auctoritate decernimus, & declaramus, ut Curia ſæcularis, ejuſque Judices, & Officiales, ab Eccleſiis, Monaſteriis, locisque Sacris prædictis, Laicum aliquem, ut præfertur, delinquentem in nullo ex caſibus ſupradictis, ſine expreſſa licentia Epiſcopi, vel ejus Officialis, & cum interventu perſonæ Eccleſiaſticæ ab eo auctoritatem habentis, ad quos ſolos, & non alios, Epiſcopis inferiores, etiam ſi alii Ordinarii ſint, aut nullius Diœceſis, aut Conſervatores ab hac Sede ſpecialiter, vel generaliter deputati prædictam licentiam dandi, facultas pertineat. Occurrente autem caſu in loco exempto, & nullius Diœceſis, tunc ad Epiſcopum vicinioremve devolvatur hæc cognitio, & non ad alios; capere, aut extrahere, aut incarcerare non poſſint, niſi eo caſu, quo ipſe Epiſcopus, & di-

ctæ

tę perſonę Eccleſiaſticę requiſitę, illos in delictis ſuperiùs expreſſis culpabiles, tradere, aut capturæ, & carcerationi intervenire, & aſſiſtere recuſaverint, tuncque reverentiæ Eccleſiaſticæ, & locis Sacris debitæ memores, prædictos delinquentes, minori, quo id fieri poterit cum ſcandalo, & tumultu, extrahere curent.

Quodque delinquentes Laici prædicti, poſtquam, ut præfertur ab Eccleſiis, lociſve ſacris extracti, & capti fuerint, ad carceres Curiæ Eccleſiaſticæ reponi, & inibi ſub tuto, & firmo carcere, ac opportuna cuſtodia, data illis, ſi opus fuerit per Curiam ſæcularem, detineri debeant, nec indè extrahi, Curiaque ſæculari prædictæ conſignari, nec tradi poſſint, niſi cognito priùs per Epiſcopum, ſcìlicet ab eo deputatum, an ipſi verè crimina ſuperiùs expreſſa commiſerint, tuncque demum de mandato Epiſcopi per Judicem Eccleſiaſticum Curiæ ſæculari, quacumque appellatione poſtpoſita, conſignentur.

De crimine verò hæreſis, cognitio ad Forum Eccleſiaſticum tota pertineat, neque in ea Curia ſæcularis ſe quomodo intromittat.

Sicuti etiam prohibemus, ne contra Eccleſiaſticas perſonas ſæculares, aut cujuſvis Ordinis, vel Militiæ etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani regulares quoquomodo etiàm vigore prædictorum privilegiorum, indultorum, aut conceſſionum, quæ omnia ad terminos juris per præſentes reducimus, procedant, aut ſe intromittant, illaſue ab Eccleſiis, Monaſteriis, Domibus lociſque Sacris, aut Religioſis, etiam in caſibus in hac conſtitutione expreſſis, extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoſcere de criminibus ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus, alias quam de jure, & per privilegia eiſdem Ordinibus, aut militiis conceſſa permittitur, quomodolibet præſumant.

Quod ſi quis quacumque dignitate, & auctoritate præditus, præmiſſorum, aut alio quovis prætextu, quidquam præter aut contra hujus noſtræ conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit, declaramus eum ipſo facto, cenſuras, & pœnas eaſdem incurrere, quæ contra libertatis juris, & immunitatis Eccleſiaſticæ violatores per Sacros Canones, & Conciliorum Generalium, noſtrorumque prædeceſſorum conſtitutiones ſunt promulgatæ.

Sicque per quoſcumque Judices, ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, ſubla-

taeis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, in quavis cauſa, & inſtantia, judicari, & definiri debere, nec non irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his, per quoſcumque quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Non obſtantibus præmiſſis, tam Sixti, & Pii V. quam aliorum quorumcumque prædeceſſorum noſtrorum literis Apoſtolicis, privilegiis, indultis, & facultatibus, quibuſvis perſonis, etiam Imperiali, Regia, Ducali, aut alia quavis dignitate, & auctoritate fulgentibus, aut Rebuſpublicis, Dominiis, Regnis, Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis, eorumque Curiis, Parlamentis, Senatibus, Conſiliis, Communitatibus, Univerſitatibus, Collegiis, aut Præſidentibus, Proregibus, Gubernatoribus, Locatenentibus, Vicariis, Poteſtatibus, aliiſque Magiſtratibus, Officialibus, Miniſtris, aut Conſiliariis ex prædictis, vel aliis, etiam gravioribus, & urgentibus cauſis, tam illorum intuitu, & contemplatione, ſivè ad eorum preces, & inſtantiam, quam etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac per modum ſtatuti, & legis perpetuæ, etiam in vim contractus, & fratrum noſtrorum conſilio, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis præſervativis, reſtitutivis, mentis atteſtativis, derogatoriarum derogatoriis, aliiſque validiſſimis, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis, etiam ſi inibi caveatur expreſsè, quod illis, niſi ſub certis modis, & formis, & niſi de expreſſo eorum conſenſu, ad quorum favorem conceſſæ fuerint, derogari poſſit, & aliter facta derogationes nullius ſint roboris, vel momenti, & aliàs quomodolibet conceſſis, etiam ſæpius approbatis, & innovatis. Quæ omnia, & ſingula, ac illorum tenores pro expreſſis habentes, quatenus præmiſſis in aliquo adverſentur, aut plures, quam ſuperius expreſſos caſus contineant, auctoritate, & tenore præmiſſis omninò, ac perpetuò tollimus, & abrogamus, ac ad terminos præſentis Conſtitutionis, quoad ſuperius deſcripta dumtaxat, reducimus; & nolumus cuiquam de cætero ſuffragari, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali, per quæ præſentibus non expreſſa, vel ad verbum non inſerta effectus earum quomodolibet valeat impediri.

Ut autem præſentes literæ ad omnium notitiam facilius deducantur, mandamus illas in valvis Sancti Joannis Lateranenſis, & Principis

cipis Apoſtolorum, Baſilicarum de Urbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ de more affigi, & publicari; earum etiam exemplis inibi affixis, & dimiſſis, ac poſt publicationem hujuſmodi volumus, & decernimus, ut omnes, & ſingulos, quos concernunt, & concernent in futurum, perinde arctent, & afficiant, ac ſi eorum cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent. Earumdem verò præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, Notarii publici manu ſubſcriptis, eandem fidem in judicio, & extrà illud ubique gentium, & locorum haberi volumus, quæ eiſdem originalibus literis haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ moderationis, præcepti, mandatorum, decretorum, reductionum, declarationum, probibitionis, ſublationis, abrogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ, in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, nono Kalendas Junii, Pontificatus noſtri anno primo.

Anno à Nativitate Domini 1591., indictione 4. die verò 28. Menſis Maji, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D.N.D. Gregorii divina providentia Papæ XIV. anno ejus primo, retroſcriptæ literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valvis Baſilicarum Principis Apoſtolorum de Urbe, & Sancti Joannis Lateranenſis, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, ut moris eſt, per nos Caterinum Menandi, & Nicolaum Drovyn. Curſ.

Pompeus Guerra Mag. Curſ.

CON-

CONSTITUTIO SIXTI PAPÆ V.

De Habitu, & Tonſura Clericorum &c.

CUm Sacroſanctam Dei Eccleſiam &c. *Nos propterea hit, & aliis rationabilibus de cauſis adducti ne quis nimia ſive Paſtorum, ſive temporum indulgentia cum Religionis dedecore, Nominis Dei contemptu, & propriæ ſalutis diſpendio de cætero abutatur, hac noſtra perpetuò valitura Conſtit. præcipimus, & mandamus omnibus quibuſcumque Clericis non ſolùm in Sacris, ſed etiam in aliis minor. Ord. conſtitutis, & clericali tonſura inſignitis, ne dum beneficia Eccleſiaſtica qualiacumque etiam ſimplicia nunc, & pro tempore obtinentibus, & in illis, vel ad ea jus habentibus, verùm etiam penſiones ſuper quibuſvis fructibus redditibus, aut proventibus quarumvis Patriarchialium, Primatialium &c. & Beneficiorum quorumcumque Eccleſiaſticorum Sacularium, & quorumvis Ord Regul. ſeù illorum diſtributionibus quotidianis, ac Juribus, emolumentis &c. ſibi reſervatas, aut fructus ipſos, prædiave loco penſionum ſibi aſſignatos, vel aſſignata ex quacumque conceſſione, ſive diſpenſatione Apoſt. percipientibus etiam conjugatis, præſertim ſi iidem Clerici conjugati juxta Conſt. piæ mem. Bonif. PP. VIII. prædeceſ. noſt. in Conc. Trid. innovatam, privilegiis Cleric. uti velint tam in Rom. Curia degentibus, quam extra eam ubilibet conſtitutis, ut ipſi, & eorum quilibet quamtumvis exempti exiſtant, & quovis privilegio gaudeant, quacumque dilatione, & tergiverſatione poſtpoſita debeant omninò qui in Urbe præſentes fuerint intra quindecim dies, qui verò citra montes intra quatuor menſes, qui verò ultra montes conſtituti ſunt intra octo menſes à die publicationis præſent. lit. in Rom. Curia facienda Tonſuram, & Habitum Clericalem, Veſtes ſcilicet talares, aut milites infra dicendi, quibus penſiones, aut fructus, aliave bona Eccleſiaſtica reſervata ſunt ſuæ militiæ convenientem, quacumque remota excuſatione aſſumere, & jugiter deferre. In futurum autem non niſi actu Clericis in habitu Clericali, & Tonſura, & militibus infrà dicendis in militari incedentibus ſuæ militiæ propria, aut alia quæcumque Eccleſiaſtica etiam ſimplicia Beneficia reſpectivè conferantur, aut commendentur, aut penſiones, fructuſque, aut bona Eccleſiaſtica reſerventur.*

Citat. in capit. de Vita, & honeſt. Cleric.

Alio-

Alioquin ipſos, & ipſorum quemlibet qui quò ad geſtandum habitum Clericalem, & militarem ſupradictum lapſo hujuſmodi tempore, eorum unicuique, ut ſupradictum eſt præfixo, noſtris hujuſmodi præcepto, & mandato nunc, & impoſterum perpetuis futuris temporibus cum effectu non obediverint, præter alias pœnas contra eos inflictas etiam quibuſcumque Dignitatibus, Adminiſtrationibus, Officiis, Canonicatibus, & prabendis, ac beneficiis etiam ſimplicibus, & præſtimoniis per eorum quemlibet in titulum, Commendam, vel aliàs pro tempore obtentis, necnon penſionibus, bonisque Eccleſiaſticis quibuſcumque quocumque modo eis reſervatis, vel reſervandis, omnique jure ſibi in eis, vel ad ea quomodolibet competenti, harum ſerie ex noſtra certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine privamus, ac ſine ulla alia monitione, citatione, Judicis Decreto aut miniſterio ipſo facto privatos declaramus, ac tam beneficia ipſa per privationem hujuſmodi vacare, & licere aliis conferre poſſe, quam etiam penſiones caſſatas extinctas eſſe, & fore, ac fructuum, vel aliarum rerum reſervationes ceſſare, & quemquam ulterius ad illorum ſolutionem minimè teneri, & ob non ſolutionem cenſuras, & pœnas aliquas incurrere non poſſe, nec debere decernimus, ipſaſque Dignitates &c. & Beneficia ſic vacantia collationi, proviſioni, & diſpoſitioni noſtræ, & Rom. Pont. pro tempore exiſtentis perpetuò reſervamus.

Statuentes &c. Dat. die 9. Jan 1599. Anno Pontif. 4.

Sequitur Declaratoria ejuſdem Conſt. facta ab eodem Pontif. in qua moderatur Conſtitutio pro Clericis penſiones, fructus, aut bona Eccleſiaſtica annua 60. Ducata de Camera non excedentia obtinentibus.

Item quod Conſtitutio non procedat niſi poſtquam penſiones, fructus, aut alia præfata cum effectu exigere, aut percipere cœperint, vel per eos ſteterit quo minus exigant, vel percipiant.

DE-

DECRETUM
S. CONG. CONC. TRID. INTERPRET.
Quò ad Negociationem Clericis interdictam.

Citat. in Cap. ſuprad.

CAp. & Clerus Civitatis, & Diœc. Caput Aquenſ. ad obviandas vexationes Commiſſariorum petunt ut declaretur an liceat infraſcripta facere abſque reatu illicitæ negociationis.

I. An liceat Terras patrimoniales, & Beneficiales per laicos colere.

II. Pro neceſſario Culturæ uſu an poſſint emere Boves, & alia Animalia, & fœtus illorum vendere.

III. An hi, qui habent ex propriis bonis Quercus, & Caſtaneas, quorum fructibus ſues veſcuntur, poſſint ſues emere, alere, & vendere.

IV. An Clerici pauperes ad ſui, ſuaque familiæ ſubſtentationem poſſint terras Eccleſiæ conducere.

V. An iidem Clerici cum foliis ſuarum arborum in propriis ædibus poſſint arti Sericæ operam dare, vel idem opus dare ad medietatem, ſeù ad quartum, & fructus inde percipiendos vendere.

VI. An poſſint locare Boves, Oves, & Animalia, quæ habent ex ſucceſſione, vel aliis debitis, vel Decimis, eorumque fructus vendere.

VII. An liceat ex Olivis, Vineis, Quercubus, & aliis Arboribus exiſtentibus in terris Patrimonialibus, & Beneficialibus, & aliis obtentis, vendere oleum, Vinum, Glandes, & alios fructus ad ſubſtentationem ſuæ familiæ &c.

Sacra Congregatio reſpondit.

Ad I. Licere &c.

Ad II. Poſſe &c

Ad III. Poſſe Clericos habentes in propriis bonis Quercus ſues emere, alere &c. dummodo tamen in emendis, alendis, & vendendis &c. nihil ſordidum, aut indecens Clericali Ordini exequatur.

Ad IV. Licere Clericis folia arborum in propriis bonis exiſtentium

tium vendere, pacto adiecto ut lucrum ex bombicibus inter utrumque dividatur. Et pariter licere earundem arborum foliis per se ipsos absque Officii eorum detrimento arti Serica operam dare pro sua, suaque familiæ substentatione; dummodo in artificio hujusmodi personas non suspectas adhibeant, & quò ad hoc Episcopi licentiam, quæ gratis concedatur, obtineant.

Ad V. Clericos pauperes posse ad suam, suaque familiæ substentationem posse terras Ecclesiæ conducere; bona verò laicorum non posse, nisi ex præcisa necessitate.

Ad VI. Licere &c.

Ad VII. Pariter posse absque reatu illicitæ negociationis &c.

CONSTITUTIO B. PII V.

Super residentia Parochorum.

Citat. in capit. de Paroch.

CUpientes &c. motu proprio, & ex mera deliberatione &c. hac nostra perpetuò valitura Constit. omnes, & singulos Rectores Eccles. Paroch. cujuscumque Gradus, Dignitatis &c. in quibuscumque Regnis, Provinciis, Civitatibus &c. consistentes, qui Parochialem Eccles. ac Canonicatum, aut Dignitatem, etiam post Pontificalem majorem, seù principalem in quibusvis Patriarchalibus, aut Metropolitanis, vel Cathedralibus, seù Collegiatis Ecclesiis, seù aliud quodcumque Benef. Ecclesiast. etiam quarumcumque dispensationum a Rom. Pontificibus prædecessoribus nostris, seù etiam à nobis hactenùs impetratarum, ac Literarum Apostolicarum titulo desuper expeditarum, quas omnes hac præsenti Constit. abolemus, ac revocamus seù quocumque alio prætextu obtinent, cum prima, & præcipua debeat esse cura Animarum, eos ad residendum in Eccles. Paroch., & ibi in divinis deserviendum, debitoque eorum officio fungendum omninò teneri, & obligatos esse, ac ad id per Episcopos, & aliorum locorum Ordinarios, etiam tamquam Sedis Apostolicæ delegatos sub censuris, & sententiis Ecclesiasticis, ac pecuniariis arbitrio eorum declarandis, ac etiam privationis dd. Parochialium, & aliorum Beneficiorum pœnis, quacumque appellatione remota cogi, & compelli posse, & debere, auct. Apostol. tenore

ſentium ſtatuimus, præcipimus, & ordinamus &c. Sicque per quoſcumque Judices &c. Non obſtantibus &c.

Dat. die 13. Julii 1568. &c.

DECRETUM

SAC. CONGREG. CONCIL.

Citat. in Cap. ſuprad.

Super eadem reſidentia Parochorum.

EPiſcopus Fulginaten. ſupplicat a Sac. Congreg. declarari.

I An Rectores Eccleſ. Paroch. à Civitate diſtantes per duo, aut tria milliaria circiter poſſint ſine expreſſa licentia Epiſcopi abeſſe à ſuis Eccleſ. Paroch. relicto ibidem ſubſtituto ab eis deputato, & in Civitate tam diurno, quam nocturno tempore ingiter commorari exceptis ſolis diebus feſtis, in quibus ſe conferunt ad dictas Eccleſias, revertentes illicò ad Civitates.

II An Parochi, qui nocturno, cæteroquin tempore reſident apud ſuas Eccleſias, poſſint ſummo mane celebrata Miſſa in dictis Eccleſiis ſe conferre ad Civitatem, & in ea diurno tempore totius, vel majoris partis anni commorari, licet apud dd. Eccleſias adſint eorum ſubſtituti.

III An dd. Parochi, qui cæteroquin diurno tempore reſident apud dd. Eccleſias poſſint nocturno tempore totius, vel majoris partis anni commorari in Civitate, licèt apud dd. Eccleſias adſint eorum ſubſtituti.

Sacra Cong. 10. Maji 1687. Reſpondit in omnibus negativè.

DE-

DECRETUM
SAC. GONGREG. CONC.
Super applicatione Sacrificii à Parochis.

IN LUCANA.

Citat. in capit. suprad.

CUM præcepto Divino, iis, quibus Animarum cura commissa est, mandatum sit pro Ovibus suis Sacrificium offerre, sæpe aliàs Sac. Congreg. Conc. censuit; Parochos teneri pro Parochianis Sacrificium applicare, atque ea cum distinctione, ut si redditus pingues sint, singulis diebus, si verò tenues, saltem diebus festivis. Idem nunc censet quò ad Parochos istius Civitatis, & Diœcesis, & detrectantes compellere non gravetur &c. Romæ 10. Maji 1681.

Nota hoc Decretum pluriès ab eadem Sac. Cong. renovatum fuisse pro aliis Diœcesibus.

CONSTITUTIO CLEMENTIS PP. X.

Qua Regular. privilegia quò ad prædicationem Verbi Dei, & Sacram. Pœnit. administrationem declarantur.

Citat. in Capit. de Regul.

SUperna &c. Sanè &c. Nos attendentes &c. hac generali, & perpetuò valitura Const. decernimus, & declaramus.

Regulares, qui in Ecclesiis sui Ord. prædicare voluerint teneri ab Episcopo Diœcesano benedictionem petere: Prædicare tamen posse quamvis illam non obtinuerint. Quod si Episcopus benedictionem ne dum non concesserit, sed etiam contradixerit, nec in prædictis quidem Ecclesiis licere regularibus prædicare, eosque contravenientes ab illo tamquam Sedis Apost Delegato censuris, aliisque pœnis Ecclesiasticis in vim Const. fel. rec. Greg XV. incip Inscrutabili Dei Providentia &c. *coerceri, & puniri posse. Episcopum*

tamen absque justa, & rationabili causa contradicere non debere. Et hujusmodi benedict. teneri Regulares petere si in quibuscumque Oratoriis sui Ord. Sermonem coram populo, vel in Ecclesiis, aut ad Crates Monast. Sanctimonial. eorum Jurisdict. subiectarum, licèt clausis januis, & nullus Secularis ibi interesit, habere voluerint. Posse autem Episcopum licentiam concessurum Regularibus in Eccles. quæ suorum Ord. non sunt prædicare volentibus, illos, quamvis ab Universitatibus, aut à Magistratibus laicis nominatos, etiam si Episcopi antecess. per tempus immemorabile hanc licentiam absque examine concedere consueverint, quò ad Doctrinam examinare, si ita ipsius arbitrio, quod moderatum, & discretum esse debet, visum fuerit. Et licentiam prædicandi semel iisdem concessam, ob rationabiles causas, licet occultas, prædicationem tamen concernentes suspendere. Non posse tamen Episcopum generatim probibere Regularibus quin in Ecclesiis suorum Ord. prædicent.

Ad hæc Religios. ab Episcopo ad Confess. Secul. in sua Diœcesi audiendas approbatos non posse in alia Diœcesi eas absque Episcopi Diœcesani approbatione audire, quamvis pœnitentes subditi sint ejus Episcopi à quo jam approbati dd. Religiosi fuerunt. Et generaliter approbatos ab Episcopo ad Secul. Confess audiendas nequaquam censeri approbatos ad audiendas Confes. Monial. sibi subjectarum, sed egere quò ad hoc speciali Episcopi approbatione, atque approbatos pro audiendis Confess. Monial. unius Monasterii, minimè posse audire Confes. Monial. alterius Monasterii. Itidemque Confessores extraord. semel deputatos atque approbatos ab Episcopo ad Monial. Confes. pro una vice audiendas, haud posse expleta deputatione in vim approbationis hujusmodi illarum Confessiones audire, sed toties ab Episcopo esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit. Cæterum in Monasteriis, ac etiam Collegiis, ubi juxta Regularia Instituta vivitur posse tam Prælatos Regul. quàm Confessores Regularium eorumdem Monasteriorum, seù Collegierum audire Confessiones illorum Secularium, qui inibi verè sunt de familia, & continui commensales, non autem illorum, qui tantùm illis deserviunt. Illos autem religiosos, qui ad Confess. audiendas idonei generaliter reperti fuerint, ab Episcopis generaliter quoque, & indistinctè, absque aliqua limitatione temporis certorumque locorum, aut generis personarum in Diœcesi propria admittendos. Quò ad cæteros verò, qui non adeò idonei reperientur, si petierint admitti, arbitrio

Or-

Ordinarii relinquitur, ipſos cum limitata facultate, prout magis ei expedire videbitur, approbare, & admittere; ſemel autem ſimpliciter approbatos, poſſe in Diœceſi Epiſcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paſchali, & quorumcumque etiam infirmorum Confeſſ. audire, abſque ulla Parochorum, vel ipſius Epiſcopi licentia. De qua tamen Confeſſione teneri dd. Religioſos eorumdem Infirmorum Parochum illicò certiorem reddere. Et hoc poſſe illis ab Epiſcopo ſub pœna ſuſpenſionis a facult. audiendi Confeſſ. præcipi; ſufficere tamen, ut certioratio hujuſmodi fiat ſaltem per ſcripturam apud ipſum infirmum relinquendam.

Et eos, qui dd. Religioſis ſimpliciter approbatis Paſchali tempore confeſſi fuerint Conſtit. quæ incipit: Omnes utriuſque ſexus &c. *quò ad Confeſſiones dumtaxat ſatisfeciſſe cenſendum eſt. Regulares verò ad hujuſmodi Confeſſ. audiendas prævio examine ſimpliciter, & abſque ulla temporis præfinitione ab ipſomet Epiſcopo, ſecus autem ſi ab ejus Vicario, aut ab anteceſſoribus Epiſcopis approbatos, non poſſe ab eodem qui ſic approbavit, iterum examinari, aut ab audien. Confeſſ. ſuſpendi, ſeù licentias illis conceſſas revocari, niſi nova ſuperveniente cauſa, quæ ipſas Confeſſ. concernat, de qua tamen haud neceſſarium eſſe, ut in actis conſtet, nec eam teneri, Epiſcopum ipſis regularibus ſignificare, ſed Sedi Apoſt. dumtaxat, ubi eam ſibi aperiri poſtulaverint. Porrò ſi Regulares cum ſcandalo, aut inhoneſtè vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Epiſcopi judicio videantur à Confeſſionibus ſuſpendi, in quo Epiſcopi conſcientiam oneratam eſſe volumus, cum præcipua Miniſtri Sacramenti qualitas ſit vitæ integritas, ac morum honeſtas, utique eam cauſam ad Confeſſionis miniſterium pertinere declaramus, ac proinde nihil obſtare quominus ob eam poſſit Epiſcopus Regulares a ſe approbatos ſuſpendere, aut repellere à Confeſſionibus audiendis. Attamen Confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimul unius Conventus Regularibus Confeſſoribus adimi ab Epiſcopo inconſulta Sede Apoſtolica nullatenus poſſe. Ex facultatibus per Mare magnum, aliave Privilegia Regularibus cujuſcumque Ord. &c. conceſſis factum eis non eſſe poteſtatem abſolvendi à caſibus ab Epiſcopo ſibi reſervatis. Et per confirmationem dd. privilegiorum, quam Regulares à Sede Apoſt. poſt Sac. Conc. Trid. obtinuerunt, nequaquam revixiſſe privilegia, priùs ab eodem Conc., aut deinde Apoſtolicis etiam Decretis ſublata, atque extincta, ſi qua habebant abſolvendi a caſibus Epiſcopo reſervatis.*

Et

Et habentes facult. abſolvendi ab omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, non ideo à caſibus Epiſcopo reſervatis poſſe abſolvere. Poſſe autem Regularem Confeſſorem in ea Diœceſi, in qua eſt approbatus confluentes ex alia Diœceſi à peccatis in ipſa reſervatis, non autem in illa, ubi idem Confeſſor eſt approbatus abſolvere, niſi eoſdem pœnitentes noverit in fraudem reſervationis ad alienam Diœceſim pro abſolutione obtinenda migraſſe. Vigore dd. privilegiorum nequaquam licere Regularibus etiam ſatisfacta parte abſolvere pœnitentes a cenſuris quò ad externum, & Judiciale forum, & abſolutos ab eis in foro pœnitentiali utique non cenſeri in exteriori judicio, & contentioſo. Quin immò Cenſuris Eccleſiaſticis irretitos, & denunciatos ab Epiſcopis cogi poſſe gerere ſe pro talibus etiam ſi à Regularibus fuerint abſoluti. Quotiès exhibitis aliquibus Regularium Apoſt. Privilegiis coram Epiſcopo ab eo judicetur, ipſa non ſuffragari caſui, de quo agitur, ſi dd. privilegiorum verba obſcura ſint, & ambigua. Non eſſe ad Metropolitanum recurrendum; ſed cum ejus ſit interpretari, cujus eſt condere, dd. privilegiorum interpretationem Sedis Apoſt. judicio, prout aliàs Conſtitutione fel. record. Clementis IV ſtatutum fuit, eſſe requirendam.

Decernentes ſic, & non aliàs &c. Dat. apud S. Mariam Majorem anno D. Incarnat. 1670. 11 Kal. Julii &c.

Cum verò nonnulli extorquentes verba ſuperioris Conſtitutionis ubi dicitur: *Religioſos, qui ad Confeſſiones audiendas idonei generaliter reperti fuerunt ab Epiſcopo, generaliter quoque, & indiſtinctè, abſque aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis perſonarum in Diœceſi propria admittendos &c.*, præſumunt ſibi fas eſſe Confeſſiones audire in Domibus Sæcularium etiam extra caſum Infirmitatis, ideò declarationem quamdam ejuſdem Summi Pontificis hìc referre operæ prætium duximus, tenoris ſequentis.

Die 26. Julii 1704.

Sanctiſſimus D.N. &c. in audientia vivæ vocis oraculo declaravit ex pradicta ſua Conſt. nullam facultatem fuiſſe tributam Regularibus audiendi Confeſſiones Sacramentales in privatis domibus, ac proinde minimè licere eiſdem Regularibus cujuſvis Ord. &c. Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtrare in domibus privatis extra

Digitized by Google

trà casus à jure permissos, & Decretum prohibitionis in Diœcesana Synodo &c. esse omninò observandum, non obstantibus &c. Dat. Romæ die, & anno prad.

P. Fagnanus.

SANCTI MINIATIS.

Citat. in capit. suprad.

EMinentissimi Sac. Rit. Congregationi Præpositi ad preces Episcopi, & Canonicorum Civitatis S. Miniatis declararunt non licere PP. S. Dominici Conventus Sancti Jacobi d. Civit. in die Corporis Christi post Vesperas ducere processionem cum SS. Euch. Sacramento extra limites propriæ Parochiæ, non obstante quacumque immemorabili consuetudine nisi de licentia Episcopi Ordinarii.

Hac die 16. Junii 1663.

DECRETUM

SAC. CONGREG. CONCIL.

Citat. in Cap. suprad.

Super accessu Regularium ad Monasteria Monialium.

DIE 11. Maji 1669. Sac. Cong S.R.E. Card. Conc. Trid. interpret. habita notitia quod nonnulli Regulares absque licentia Crates Monasteriorum Monialium adire, & frequentare non dubitent, prætendentes non esse interdictum per breve tempus, etiam usque ad quadrantem horæ cum dimidio, quod horologio arenario aliquando metiuntur, Montales, aliasque personas intra Claustra existentes alloqui; & hanc opinionem, tamquam tutam affirmant, disseminant, & forsan etiam scriptis evulgant, proprias graviter illaqueantes Conscientias, scandala confoventes; ad hujusmodi pernicioſos errores eliminandos, opinionem prædictam improbans, ac damnans, declaravit, Regulares cujuscumque Ord. &c. qui ad

Mo-

Monaſt. Monial. quamvis ab Ordinarii juriſdict. quomodolibet exempta, & ipſis Regularibus ſubjecta abſque legitima facultate, accedunt, colloquendo etiam per quodcumque modicum temporis ſpatium, cum Monialibus, aut aliis intra Clauſuram degentibus, peccare mortaliter, eoſque ſub excommunicationis, privationis vocis activæ, & paſſivæ, aliiſque contra Regulares accedentes ſine licentia ad Monaſt. Monial. ſtatutis pœnis poſſe ab Ordinario tamquam Sedis Apoſt delegato, coerceri.

Et die 7. Junii anni prad facta relatione Sanctiſſimo D. N. Sanctitas ſua prad. declarationem approbavit, ac ſervari juſſit.

D U B I A.

Super collocutione Regul. cum Monialibus.

EDita vix lege ſtatim illam eludere malitia excogitat. Quare non ita pridem emanavit generale Decretum arctiſſimè prohibens colloquia Regul. cum Monial. quando jam ſuper eo varia interpretationes confingi caperunt, pro quarum reſolut. ſupplicant Confeſſarii quærendo.

I. An Regularibus miſſis ad Crates Monial. pro munere prædicationis obeundo prohibitum ſit ſub mortali, Cenſuris, & pœnis &c. immediatè poſt cum ipſis Monial. abſque expreſſa licentia ad colloquendum immiſcere ſermones cum quæſtionibus, vel dubiis Spiritualibus, aut materiis ipſius Concionis.

Et quatenus affirmativè.

II. An talis prohibitio intelligatur tam de colloquutione cum aliquibus Monial. quàm cum una tantùm, omnibus tamen aliis audientibus immediatè poſt Concionem.

Die 21. Maji 1678. Sac. Cong. ad utrumque dubium reſpondit Affirmativè.

DE-

DECRETUM

SAC. CONGREG. CONCIL.

De diebus licitæ vacationis à celebratione Missæ.

MOdernus Episcopus Collensis visitando Diœcesim comperit plures irrepesisse abusus in adimplendo mentem eorum, qui Missas celebrari mandarunt. Quare supplicat declarari.

I. An Sacerdotes obligati ratione Beneficii, Cappellaniæ, Legati, aut stipendii celebrare quotidie Missam per se ipsos, possint aliquando a celebratione vacare; & quatenus affirmativè.

II Quando, & quoties vacare possint.

III. An diebus licitæ vacationis possint Missas pro se ipsis, vel aliis præter quàm pro fundatoribus celebrare? Et quatenus affirmativè.

IV. An pro aliis celebrando possint stipendium pro hujusmodi celebratione percipere?

V. An illis diebus, quibus licitè vacant a celebratione, teneantur Missam ab aliis celebrari facere juxta intentionem fundatoris?

VI. An Sacerdotes, ut supra obligati celebrare quotidie, absque tamen onere celebrandi per se ipsos, possint aliquando a celebratione vacare?

Die 18 Sept. 1683. S. Cong Respondit

Ad primum, & secundum affirmativè concurrente aliqua rationabili causa.

Ad tertium, quartum, & sextum Negativè.
Ad quintum distulit resolutionem.

SOMMARIO

DEL DECRETO DEL SAC. CONC. DI TRENTO,

Citat. in capit. de Monial.

Alla Seſſ. 25. Cap. 18. che comincia: *Anathemati* intorno alla libertà delle femmine per pigliar l' Abito Regolare.

IL Sacro Conc. ſuddetto ſcomunica tutte le perſone di qualunque condizione, e qualità, Cherici, Regolari, e Secolari ancorche ſieno in dignità, i quali in qualſivoglia modo sforzeranno qualche Vergine, Vedova, e qualſivoglia Donna contro la volontà di lei, fuori che ne' caſi eſpreſſi dalla legge ad entrar ne' Monaſteri, ricever l' Abito Religioſo, ò far profeſſione. E quelli che in ciò daranno conſiglio, ajuto, ò favore, o vero che ſapendo, che quella che entra nel Monaſtero, ò prende l' Abito, ò fa profeſſione non fa ſpontaneamente alcuno de predetti atti, ſarà preſente ad alcuno d' eſſi, ò preſterà il ſuo conſenſo, ò v' interporra la ſua autorità.

Similmente ſcomunica coloro, i quali ſenza giuſta cauſa in qualſivoglia modo impediranno la Santa volontà delle Vergini, ò d' altre donne a pigliar l' Abito Religioſo, ò fare la profeſſione.

Digitized by Google

LETTERA

DELLA SAC. CONG. DE' VESC. E REGOL.

Intorno all'età di quelle, che prendono l' Abito di Monache.

DIRETTA ALL' EMINENTISSIMO SIGNOR

CARD. SPINOLA VESC. DI LUCCA.

Citat. in Capit. de Monial.

ESsendo ſtato rappreſentato alla Sac. Cong. da perſona zelante, che ſiaſi introdotto un abuſo di dar l' Abito Religioſo à zitelle ne' Monaſteri di Monache, avanti, che compiſcano l' età di 15. anni, queſti Eminentiſſimi Signori volendo rimediare a tal abuſo m' hanno comandato di ſcrivere à V.E. che ſi compiaccia di non permettere in avvenire, che le zittelle non s' ammettano all' Abito Regolare ſe non dopo che averanno compiti i 15. anni della loro età, ſtimando l' EE. loro coſa irragionevole, e di peſſima conſequenza il far altrimenti &c. Roma 19. Agoſto 1679.

Di V.E.

Umiliſſimo, e Affezionatiſſimo Serv.
Il Card. G. di Carpegna.

SOMMARIO

DELLA BOLLA IN COENA DOMINI

Citat. in capit. de bonis Eccles.

Contro gl' usurpatori, e detentori de' Beni Ecclesiastici.

SE alcuno Ecclesiastico, ò Secolare di qualsivoglia grado, ò Dignità mosso dalla Cupidigia, radice d' ogni male, per se stesso, ò per mezzo d' altri, ò in qualsivoglia altra forma presumerà di convertire in usi propri le giurisdizioni, beni, Censi, ragioni anco feudali, e Livellarie, i frutti, gl' emolumenti, e qualsivoglia provento, o rendita spettante ad alcuna Chiesa, ò qualsivoglia Benefizio, ò luoghi pii, che devono servire per le necessità de' Ministri, e de' poveri, ò presumerà usurpare, o vero impedire, che non si possano conseguire da quelli, à quali giustamente s' appartengono, questo tale rimane scomunicato fin tanto, che non averà interamente restituito alla Chiesa, e agl' amministratori della medesima, ò al Benefizio, le Giurisdizioni, beni, diritti, ragioni, frutti, e rendite, che averà occupato, e che saranno pervenuti al medesimo in qualsivoglia modo, ò titolo, etiamdio di donazione di supposta persona, e fin a tanto, che dopo tal restituzione non sarà stato assoluto dal Sommo Pontefice. Che se tal usurpatore sara padrone della medesima Chiesa, resti, oltre alle predette pene, privato ipso facto, ancora dell' Juspadronato, e se l' Ecclesiastico sarà stato l' autore, o consenziente di tale usurpazione incorre nelle medesime pene, ed è privato di tutti i benefizi, che possiede, e si rende inabile a conseguirne de' nuovi, e anco dopo l' intera sodisfazione, e assoluzione, resta sospeso ad arbitrio del suo Ordinario dall' esercizio de' suoi Ordini, come più ampiamente si dice nella suddetta Bolla, e nel Sac. Conc. di Trento al Cap 11. della sess. 22. *de Reformatione*.

Non-

Nonnulla alia Sac. Congreg. Decreta, quorum in Conſt. Synod. mentio non extat.

Quæſitum fuit an ſuſpenſio ex cauſis Epiſcopo benè notis ſit valida. Sac. Congreg. Epiſ., & Regul. Re: Affirmativè. In Iſernien.

Quæſitum fuit, An Energumenus quamvis liberatus, ſit irregularis. S. Cong. Conc. Re. Affirmativè. In Mayoricen.

Sac. Cong. Conc. cenſuit, & decrevit ſcripturas omnes rogatas à Cancell. Epiſcop. tamquam Canc. illius Curiæ eſſe cuſtodiendas in Cancellaria illius Epiſcopi. In Viterbien.

Sacra Cong. Conc. cenſuit, Epiſcopos ſucceſſores poſſe ſuperveniente rationabili cauſa etiam ex Officio iterum examinare tam in viſitatione, quàm extra Parochos quamvis Regulares approbatos tempore proviſionis Parochialium. In Placentina.

An Epiſcopus viſitare poſſit, nec non probibere Oratoria privata in ſua Diœceſi a Pontifice conceſſa cum Clauſula: Duraturum ad beneplacitum Epiſcopi, *quamvis ab anteceſſ. d. beneplacitum declaratum ſit perpetuum. Sac. Cong. 24. Martii 1664. Re: Affirmativè.* In Maceraten.

Quæſitum fuit an Communitates in literis patentibus Concionatorum uti poſſint Verbis: NN. à Nobis electum in Concionatorem Epiſcopo nominamus, & præſentamus: *Sac. Cong. Conc. Re. Communitat. apponere debere* nominamus, & præſentamus *Epiſcopum* In Sutrina.

ſcopum verò debere appouere eligimus, & deputamus Concionatorem à Communitate N. nominatum, & præſentatum.

In Pennen. *In Eccleſiis parochialibus quamvis ruralibus aſſervandum eſſe SS. Euch. Sacr. ſæpe declaravit Sac. Cong. neque contrariam conſuetud. paupertatis nomine ſuffragari. Quare amplit. tua munus erit curare, ut in dd. Eccleſ Sanctiſſimi Sacram. Fraternitas erigatur, & quod ad prad. finem colligantur Eleemoſyna 10. Maji 1665.*

In Januen. *Si devono levare i banchi dalle Chieſe, eccettuato quando vi ſi predica, e dove, ſecondo il ſolito ſi tollerano non ſi deve permettere quella propietà di luoghi, che alcuni ſi perſuadono avere nelle Chieſe quaſi che foſſero loro ereditarii 28. Giugno 1683 Sac. Cong. de Veſc. &c.*

In Luſitana *Sac. Cong. Conc. cenſuit non licere alicui abſque ſpeciali S. Sedis Apoſt. facultate feneſtras, nec alios aditus habere ad Eccleſ. pro Miſſis, & Divinis off audiendis 16. Martii 1652.*

In Mutinen. *Si Cappella annuos habens reditus cum onere celebrationis Miſſarum ruinam minetur, ut ſit adeò vetuſtate confecta, ut in ea decenter Miſſam celebrare non valeant, an poſſit Epiſcopus in Viſitatione ſtatuere, ut dd. reditus expendantur non in Celebrat. Miſſarum, ſed in ipſius Cappellæ inſtauratione. Die 23. Feb. 1606. Cong. Conc. cenſuit poſſe.*

In Mutinen. *Quæſitum fuit I. An Laico, cui a proprio Epiſcopo fuit denegata prima Tonſura poſſint illi conferri literæ dimiſſoriales ab Ordina-*

na-

